

**ACETARIUM SCORBUTICUM** Pharmac. BATAEAE. Salat gegen Scorbüt. Salade antiscorbutique.

Rec. Olei Cochleariae marinæ selectissimæ Unc. tres, Sacchari albissimi Unc. sex, Salis Cochleariae Unciam unam. Contusis optime adde Succi Aurantiorum Unc. sex. Misce. In isto intingatur omnis cibus scorbuticorum.

**ACETAS** vid. quaque nomina basium vel liquor vel nomina antiqua.

**ACETUM AGRESTINUM SOLUTIVUM** Clos-sae. Agrest = Essig. Vinaigre d'Agreste.

Rec. Succi Agrestae seu Omphacii depurati Unc. duas, Fol. Sennae orientalium Drachm. duas, Sem. Anisi contusi Scrup. unum, Radic. Mechoacannae in tenues lamellas dissectarum Drachm. semis, Caryophyllor. integror. Nro duo. — Macerentur in lageno loco frido, tunc colla et serva.

**ACETUM ALEXIACUM** seu DESTILLATUM ALEXIC. FRANCOFURTENSE.

Rec. Rad. Tormentillæ, Zedoariae, Bistortæ Unc. semis, Rad. Angelicae, Imperatoriae, Hirundinariae Unc. unam et semis, Pimpinellæ, Dictamni albi, Aristolochiae rotundæ verse Unc. duas, Herb. Cardui benedicti, Galegeæ, Scordii Manip. unum et semis, Sedi majoris, Endiviae Manip. duos, Flor. Calendulae Manipul. duos et semis, Flor. Rosarum rubrarum, Nymphææ, Borraginis, Tunicæ, Sambuci Manip. duos, Pomor. Citreor. recent. Nro octo. Inc. incident, ac contus. contundend., affunde Aceti acerrimi Libr. decem. — Stent in infusione, donec probe imprægnatum extet acetum, quod usui asseretur vel et destillando per alembicum evenerat.

**ACETUM ALEXIPHARMACUM** Pharmac. Leidensis.

Rec. Nuc. juglandium cum corticibus, mense Junio collectarum, Libr. quatuor, Herb. Cardui benedicti, Melissæ, Rutæ, Scabiosæ, Scordii Unc. quatuor. Concis. et parum contus. affunde Aceti Vini ad supereminatiam trium quatuorve digitorum, tum destilla fere ad siccitatem in cucurbita vitrea, cave tam, ne empyreuma contrahat.

**ACETUM ALLII SATIVI** seu ALLIATUM. Knoblauch = Essig. Vinaigre d'Ail.

Rec. Radicis Allii recentis quantum vis. Mecerat cum Aceti Vini albi Octuplo per dies quindecim, postea decanata. — Vis: Radicis. — Usus: tam internus quam externus.

**ACETUM ANCELICÆ**. Engelwurz = Essig. Vinaigre d'Angelique. — Paratur ex Radice Angelicæ uti Acetum rosatum (p. 12.).

**ACETUM ANTHOSATUM** seu RORISMARINI. Rosmarineissig. Vinaigre de Romarin. — Pari modo ex Herba Anthos paratur.

**ACETUM ANTIHYSTERICUM** seu HYSTERICUM Ludovic. Ludwig's Rüffer = Essig. Vinaigre hysterique de Louis.

Rec. Spirit. flor. Lilior convall. Unc. unam,

Olei Lavendulae Drachm. duas, Aceti Rutæ Unc. unam, Essent. Castorei Drachm. unam. Misceantur.

**ACETUM ANTIHYSTERICUM** seu HYSTERICUM MYNSCHRI.

Rec. Herbae Rutæ hortensis Unc. unam, Gumi-mi Galbani Unc. semis, Asac foetidae Drachm. duas, Castorei Unc. semis, Aceti Vini optimi Unc. sedecim. Post sufficientem macerationem in vase vitro supra arenam tepidam exprime et colla. — Pharmacopoeæ Helveticæ et Dispensatorii Fuldensis formula in summa rei cum hac congruit, nisi quod prior Drachm. duas sollemmodo Castorei et Aceti Libr. unam praescribit, posterior autem Asac foetidam omittit et duas Aceti Libras sumi proponit. — MANGETTI praescribit Hb. Rutæ rub. exsiccat, Granor. Chamaeactes Drachm. unam, Sagapeni, Galbani Drachm. semis, Rad. Peucedani, Castorei veri Drachm. duas, Calorum Equorum, Asac foetidae Drachm. duas cum Aceti Vini acerrimi q. satis digeri per 5—6 dies, donec Acetum perfectam acquirat tinturam; tum filtrari.

**ACETUM ANTILYSSICUM HANNEMANNI**. Han-nemannus Wuth = Essig. Vinaigre contre la Rage.

Rec. Herb. Abrotani, Betonicae, Salviae, Cardui benedicti Drachm. sex, Aceti Vini optimi Unc. duodecim. Digerantur per aliquot dies; expresso adde Theriacæ Andromachi Drachm. duas. Misce.

**ACETUM ANTIMEPHITICUM MARAVILLIANUM** sec. AUGUSTINI Pharmacop extempora-neam. Maravillianischer Pestifer = Essig. Vi-naigre antimephithique de Maravillian.

Rec. Succi insipissati Allii sativi Unc. duas, Camphoræ, Salis Ammoniaci Unc. duas et Drachm. unam, Aceti limpidissimi Libr. quinquaginta. Digere per octiduum vel ultra in amphora salis ampla et clausa modico calore in balneo arenæ. — Usus: Ad fumigationes in aere mephitico, conspurgendis et alluendis rebus contagio infectis.

**ACETUM ANTIMONII**. Spiegelanz = Essig. Vi-naigre d'Antimoine.

Rec. Mineram Antimonii. Tere atque elice Acetum per retortam, prolectum funde super mineram novam, digere dies 2—3; tum de-stilla iterum per retortam, idque repele, donec quantitatem desideratam acquisiveris. — Secun-dum aliam methodum Mineræ Antimonii laevigatae Aqua pluvialis affunditur, destillatur ad eminent. digit. aliquot, digeritur vase clauso in fimo equino, donec incipiatur fermentare ac spuma ejicere; deinde abstrahitur aqua, augendo ignem in fine, redditur capiti suo mortuo et reaflusa aqua, quae abstracta erit, fiat cohabita-tio toties reiteranda, donec prodeat liquor acidus instar Aceti. — Hac operatione copioso et inepta nihil aliud obtineri potest, nisi paucillum Acidi sulphurosi et sulphurici, quod olim ab-surde ad sanguinem refrigerandum in febribus malignis adhibebatur.

## ACETUM ANTISEPTICUM. Gifft-Essig. Vinaigre antiseptique.

*Synon.:* Acetum prophylacticum seu cardiacum, Acetum quatuor Latronum, Acetum Allii compositum, Acetum Angelicae compositum, Acetum aromaticum alliatum, Acetum Camphorae antisepticum, Acetum medicatum. Präservativ- oder Sicherungs-Essig, Spitzbuben-Essig, zusammengesetzter Knoblauch-Essig. *Vinaigre de quatre Voleurs, Oxole d'Absinthe alliaçee.*

Rec. Herbae Absinthii Uncias tres,

» Anthos,

» Salviae,

» Menthae crispaæ,

» Rutae aa Unciam unam et semis,

Florum Lavendulae Unc. duas,

Radicis Allii recentis,

» Calami aromatici,

Cinnamomi acuti,

Caryophyllorum,

Nucum Moschatarum aa Drachmas duas.

Incisa et grosse contusa, macera per octo dies cum

Aceti optimi Uncii centum octo et viginti,

tunc exprime et adde

Camphorae in Spiritus Vini rectificatissimi Sesquiuncia solutae Unciam semis.

Serva usui. — Liquor rubrofucus, clarus, aqua paullo gravior, odore fragrante acido-aromatico, uti et sapore. — *Vis:* ex nomine patet.

Acetum decolor vel turbidum, mucidum, acore et aromate egens, rejiciatur.

*Usus:* Adhibetur tam interne quam externe ad collutionem oris, odorandum, ad partes corporis acri expositas lavandas, uti et vestes inspergandas, suffitu conclavia vaporibus imprægnanda, praecipue in morbis contagiosis.

*Pharmac.* Gallicaæ formula ad parandum Acetum antisepticum cum hac congruit, nisi quod praescribit Herb. Absinthii Unciarum

trium loco Herb. Absinthii et Herb. Absinthii pontici aa Unc. duas, Herb. Menthae crispaæ loco Menthæ aquaticaæ et Aceti albi loco Aceti rubri Libr. octo sumendas, porro Camphoræ solutæ Aceti radicalis Unc. semis admiscendam. — *Dispensatorium Brunsvicense* præscribit Herb. Absinthii vulgaris et romanae aa Unc. unam semis, Aceti rubri loco Acetum album, et omittit Acetum radicale; ceterum cum hac formula convenit. — *Pharmac. Suecica* formula, ad ACETUM Angelicae compositum: Rec. Rad. Angelicae Libr. unam, Summitat Absinthii Sesquiuncia, Allii recentis Unc. dimidiam, Aceti Libr. octo. Digere blando calore per dies octo,cola exprimendo et colaturaæ adde Camphoræ in Alchohole Vini solutæ Semiunciam. — Serva. — Haec formula omnino cum illa *Pharmac. Gallicaæ* ex editione FEÆ congruit. — *Pharmac. Rossicae* formula: Rec. Rad. Angelicae, Imperatoriaæ aa Unc. unam et semis, Spicarum Allii Drachm. duas, Herb. Absinthii, Rutæ, Menthae, Salviae, Anthos, Florum Lavendulae aa Unc. duas. Mixta, incisa, digere in Aceti Vini Libr. octo in cucurbita vitrea, proba clausa, justo calore, per duodecim vel balneo arenae per tres dies. Liquor fortiter expressus, filtratus, usui servatur. — Si expeditur hoc acetum cum Camphora, tunc additur Camphoræ in Spiritu Vini solutæ Unc. dimidia. — *Pharmac. Austriae* formula: Rec. Rad. Angelicae, Inulae, Levistici, Calami aromatici, Allii recentis aa Drachm. duas, Herb. Absinthii, Abrotani, Anthos, Menthae crispaæ, Salviae aa Unc. semis, Florum Lavendulae Unc. duas, Alliorum Drachm. duas, Piperis Tabasci (Seminis Amomi) Unc. unam, Aceti optimi Libr. octo. Incis. et contus. digere calore solis vel igne arenae in matracio obturato per duodecim dies, cola, fortiter exprime et filtra, tunc adde Camphoræ Spiritu Vini solutæ Semiunciam. Serva usui. — *Pharmac.* usuelle de VAS Mons formula: Rec. Rad. Allii et Calami aromatici, Cinnamomi, Caryophyllorum, Nuc. Moschatae aa Part. unam, Camphoræ Part. duas, Herb. Menthae crispaæ, Anthos, Rutæ, Salviae aa Part. sex, Flor. Lavendulae Part. octo, Herb. Absinthii, Spiritus Vini simplicis aa Part. duodecim, Aceti Vini albi Part. quinquaginta. Incis. et contus. macerentur cum Spiritu Vini et Aceto per viginti dies, cola cum expressione et adde Camphoræ, Alcoholis pauxilli ope pulvrateæ, Part. duas. Serva. — *Pharmac. Batavae* voluminis posterioris formula ad ACETUM QUATUOR LATRONUM: Rec. Cinnamomi, Macidis, Caryophyllorum aa Unc. semis, Ligni Santali albi, Rhodii, Semini Foeniculi aa Drachm. duas. Concis. digere

per dies duas cum Aceti Vini ex Vino burgundico Mensur. duabus leni calore, deinde adde Herb. Absinthii, Anthos, Menthae piperitae, Flor. Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Herb. Majoranae Drachm. unam. Concis. digere per dies duas, deinde ebulliant et refrigerescant; colla et serva. — BORRIES formulaire de Montpellier ad ACETUM QUATUOR LATRONUM: Rec. Allii Unc. duas, Camphorae Unc. unam, Olei essentialis Absinthii, Anthos, Menthae, Rutae, Lavendulae, Salviae et Caryophyllorum  $\frac{1}{2}$  Scrup. duos, Aceti radicalis Unc. duodecim. — Macera per dies quinque vel sex, decantha et serva. — BORRIES formulaire de Montpellier ad ACETUM QUATUOR LATRONUM COMPOSITUM: Rec. Cinnamomi, Caryophyllorum, Macidis, Nucum Moschatarum, Camphorae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Allii Unc. duas, Oleorum essentialium praecedentis formulae  $\frac{1}{2}$  Scrup. duos, Aceti radicalis, Ac. quatuor Latronum  $\frac{1}{2}$  Libr. duas. — Macera per dies quinque vel sex, tum filtra et serva.

**ACETUM ANTISEPTICUM seu QUATUOR LATRONUM VERUM (?) sive CUM MOSCHO**  
Pharmac. anticholericae.

Rec. Herb. Absinthii Grana quadraginta quinque, Hb. Rorismarini, Salviae, Menthae crispae, Rutae hortensis  $\frac{1}{2}$  Grana viginis duo, Flor. Lavendulae Drachm. semis, Spicarum Allii, Cinnamomi acuti, Radic. Calami aromatici, Caryophyllorum aromaticorum, Moschi  $\frac{1}{2}$  Grana octo. Incisa et contusa probe misceantur et infundantur calore justo in vase clauso per horas duodecim Aceti Vini Unc. quatuor, Camphorae, Spiritu Vini solutae, Grana sedecim.

**ACETUM ARMORACIAE.** Meerrettig. Essig.  
Vinaigre de Raifort Sauvage.

Rec. Radic. Armoraciae recentis Unc. unam, Aceti Vini Unc. duodecim. Mixta macerentur sub terra per quatuordecim dies; serva. — Vis: cosmetica, discutiens; praecipue contra lentigines faciei commendabatur, nec minus in scorbuto. — Usus: Ad lavandum.

**ACETUM AROMATICUM Pharmac.**  
Borussicae, **ACETUM BEROLINENSE.** Gewürz-Essig. Vinaigre aromatique.

Rec. Herb. Anthos, Salviae, Menthae piperitae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Caryophyllorum, Radic. Zedoariae, Angelicae  $\frac{1}{2}$  Unc. dimidiad, Aceti cocti quantum satis. Digere per triduum in vase clauso, tunc exprime, ut sit colatura Librarum sex. Serva in vase bene obturatis. — Liquor rubro-fuscus, limpidus, grata aromatico-acidus. — Vis: excitans, exhilarans, confortans, diaphoretica, antisepatica. — Usus: Aceti antisepctic. — Ejus loco uti et Aceti Bezoardici (p. 4) loco saepius praescribitur.

Pharmac. Hassiae formula cum hac congruit, nisi quod insuper addendas praescribit Herb. Absinthii Unc. duas, contra autem Rad. Angelicae omittit; præterea Aceti pondus

strictè, nempe Libr. octo, praescribit, et colatura addendas Spiritus Anthos Unc quatuor. — Pharmac. Hannoveranae, Pharmae. Slesvico - Holsaticae, Pharmac. Polonicae et Hufelandi Armen-Pharmacopoe formularia e omnino cum hac convenient. — Pharmac. Amstelodamae formula ab his in eo solummodo discrepat, quod Rad. Zedoariae loco Radicem Imperatoriae, et Herbae Menthae piperitae loco Herbam Menthae crispa sumendam, porro Herb. Rutae Unc. duas et Flor. Lavendulae Unc. tres admiscentur praescribit.

**ACETUM AROMATICUM Pharm. Saxonicae.**

Rec. Specierum aromaticarum Pharmacopoe. Saxonicae Partem unam, Aceti Vini crudi Partes decem. Mixta macerentur in vase vitro clauso, arenæ tepidae fotu per quadriduum, deinde per linteum expresso humor et percolato adde Spiritus Anthos Partis unius trientem. — Serva in lagena subere incerto obturata et vesica suilla bene obligata.

**ACETUM AROMATICUM Pharmac. Batavae et Pharmac. Belgicae.**

Rec. Rad. Calami aromatici, Angelicae  $\frac{1}{2}$  Drachm sex, Summittat. Absinthii Unc. duas cum dimidia, Herb. Salviae Unc. tres cum dimidia, Herb. Rutae Unc. duas, Macidis Drachm. duas, Aceti Vini Libr. octo. Macera leni calore in vase vitro, cono chartaceo clauso, per aliquot dies. Liquori per colum fortiter expresso et deinde per chartam filtrato adde Tincturae Camphorae Unc. dimidiad. Serva in vase clauso.

**ACETUM AROMATICUM Pharm. Bavaricae.**

Rec. Rad. Calami aromatici, Allii recentis  $\frac{1}{2}$  Part. unam, Summittat. Absinthii, Salviae, Rutae, Menthae piperitae, Serpylli  $\frac{1}{2}$  Part. duas, Caryophyllorum Part. dimidiad. Concis. et contus. adde Aceti crudi Part. nonaginta; digere in vase leviter clauso per dies tres, saepius agitando, temperatura 25—30° R., colla cum expressione, tunc admisce Camphorae cum Spiritu Vini tritae dimidiadum Caryophyllorum pondus; tum, per tres dies seposita, decanta et partem liquoris limpidam serva.

**ACETUM AROMATICUM Pharmac. Danicæ et Pharmac. Oldenburgiae.**

Rec. Herb. Absinthii, Anthos, Salviae, Menthae piperitae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Cinnamoni indicis Unc. dimidiad, Caryophyllorum, Nucum Moschatarum  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Aceti crudi Libr. octo. — Post sufficientem macerationem in vase vitro supra arenam tepidam exprime et colla.

**ACETUM AROMATICUM seu PROPHYLATICUM Pharmac. Fennicae.**

Rec. Summittat. Absinthii, Millefolii, Herb. Menthae piperitae, Flor. Lavendulae, Caryophyllorum, Rad. Zinziberis  $\frac{1}{2}$  Drachm. quatuor, Aceti Vini Gallici ad ebullitionem calcificati Libr. septem et dimidiad, Aceti concentrati Libr. dimidiad. Macerentur per quatuor dies. Humor deinde expressus lactis recentis ope clarificetur et per chartam coletur; tandem addantur Spiritus Rorismarini Unc. quatuor.

## 4 ACETUM AROMATICUM — ACET. BEZOARDICUM

### ACETUM AROMATICUM seu ODORATUM Pharmac. Helvetiae.

Rec. Rad. Angelicae, Cyperi rotundi, Galangae minoris, Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Herb. Basilici, Salviae nobilis, Flor. Lavendulae, Liliorum convallium, Anthos, Rosarum rubrarum  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Caryophyllorum, Cinnamomi acuti, Ligni Rhodii, Flaved. Cort. Citri recentium  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Aceti Vini optimi Libr. duas. Incis. et contus. affundatur Acetum in vase vitro mundo, et post digestionem aliquot dierum filtratus Liquor ad usum reponatur.

### ACETUM AROMATICUM seu PROPHYLACTICUM Pharmac. Suecicae.

Rec. Summitat. Anthos, Herb. Salviae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Flor. Lavendulae Unc. duas, Acei Vini Libr. octo. Macerentur per quatuor dies, humor expressus lactis recentis ope clarificetur et coletur. — Pharmac. Suecicae priorum editionum, Lusitanicae et SPIELMANNI formula cum hac congruit, nisi quod insuper addendas praescribit Caryophyllorum Drachm. duas et clarificationem lactis ope omittit. — Pharmac. Edinburgensis formula eadem est, praescribit autem Aceti crudi loco Acetum destillatum. — Cum hac congruit COXE American Dispensatory formula.

### ACETUM AROMATICUM seu PROPHYLACTICUM Pharmaciae rationalis PIDERIT.

Rec. Rad. Angelicae, Petasitidis  $\frac{aa}{aa}$  Unc. tres, Herb. Scordii, Rutae  $\frac{aa}{aa}$  Sesquiunciam, Cortic. Citri Unc. quatuor, Myrrhae optimas Drachm. sex, Acei Vini Libr. septem. Stent in digestione, donec Acetum saturatum fuerit; filtratur cum expressione et postea addatur Camphorae, mucilagine Gummi arabici solutae, Unc. dimidia. Servetur.

### ACETUM AROMATICUM Pharmac. Ferrarensis et TADEEI.

Rec. Aceti albi Libr. sex, Rad. Iridis, Petalorum Rosarum, Dianthi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Cinnamomi, Nucis Moschatae, Caryophyllorum, Cortic. Aurantiorum, Storacis, Benzoe  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Herb. Majoranae, Menthae, Thymi, Dictamni cretic  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam. Post digestionem per mensem fiat, moderato calore, destillatio.

### ACETUM AROMATICUM EXTEMPORANEUM.

Rec. Terrae foliae Tartari Drachm. unam, Olei aetherei Limonii Gutt. tres, Ol. Vitrioli Gutt. viginti. — Misce caute in vitro epistomio optime clauso.

### ACETUM AROMATICUM KLEINII.

Rec. Rad. Zedoariae, Galangae  $\frac{aa}{aa}$  Semiuiciam, Herb. Anthos, Rutae, Mari veri, Flor. Lavendulae  $\frac{aa}{aa}$  Drachmas duas, Cortic. Citri recentium, Caryophyllorum, Cubebarum, Cardamom. minor  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis. Commixta misceantur et immittantur Aceti optimi Unc. quadraginta, Acet. Liliorum Convallium, Tunicae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duae. Asservetur in vase probe clauso.

### ACETUM AROMATICUM ODORATUM MYSNICKI.

Rec. Rad. Iridis florentinae Unc. unam et semis, Flor. Lavendulae, Rosarum rubrarum, Tunicae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Caryophyllorum, Cinnamomi acuti  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Nucum Moschatum, Macidis, Galangae minoris, Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Corticum Aurantiorum, Citri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Styracis Calamitae, Myrrhae rubrae, Benzoe  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam semis, Herb. Anthos, Rutae, Majoranae, Salviae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm unam, Galliae Moschatae verae, Ligni Aloës, Santali citrini, Spicae indicae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis, Aceti Vini violati quantum satis. Misce et Acetum tinctum et bene imprægnatum usui asservetur.

### ACETUM ASAE FOETIDAE MAYR.

Rec. Asae foetidae Unc. octo, Aceti Vini praeparati Libr. quatuor. — Misce, stent in digestione lenissimo calore per quatuor dies, deinde filtretur.

### ACETUM BELLADONNAE Pharmac. Heribopolitanae. Tollfrautwurzel-öffig. Vinaigre de Belladonne.

Rec. Rad. Belladonnae recentis in taleolas tenues sectae et non nibil siccatae Unc. unam semis, Aceti Vini concentrati Libr. unam. Maceretur per quatuordecim dies in lagena vitrea, saepius concutiendo, deinde coletur cum levi expressione Acetum, cui addatur Spiritus Vini tenuioris Unc. una. Post aliquot dierum moram Acetum clarum decantha et serva. — Haec formula cum Pharmac. extemporaneae AUGUSTINI congruit. — VAN MONS contra in Pharmac. usuelle praescripsit Herb. Belladonnae recentis, Spiritus Vini simplicis  $\frac{aa}{aa}$  Partem unam cum Aceti ex Spiritu Vini Partibus octo per dies quindecim macerandas, postea exprimendas et Liquorem servandum; quea formula autem minus quam præcedens laudanda. — Præcipue in hydrophobia celebratum.

### ACETUM BEZOARDICUM Pharmac. Wirttembergicæ. Bezoar- oder Gifft-öffig. Vinaijre Bezoardique.

Rec. Radic. Angelicae, Eulæ, Imperatoriae, Hirundinariae, Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Herb. Scordii, Rutae, Salviae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Bacchar. Juniperi Unc. semis, Flaved. Corticum Citri Drachm. sex. Minutum incis. affundatur Aceti Vini optimi non destillati Libr. tres. Post sufficientem digestionem exprimantur et filtratum Acetum ad usum reponatur. — Vis et Usus: Aceti antisepsti et aromatici.

Dispensatorium Brandenburgicum præscribit Baccarum Juniperi et Lauri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Radic. Angelicae, Dictamni albi, Eulæ, Imperatoriae, Pimpinellæ, Tormentillæ, Valerianæ, Hirundinariae, Zedoariae,  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Herb. Rutae, Salviae, Scordii, Flor. Calendulae, Lavendulae, Melissæ, Rosarum rubrarum, Flaved. Corticum Aurantium et Citri, Ligni Santali citrini, Caryophyllorum, Macid., Myrrhae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Ligni Sassafras Unc. s. mis; omnibus grosse pul-

## ACETUM BEZOARDICUM — ACET. CARYOPHYLL. FLORUM 5

veratis, cum Aceti Florum Tunicae Libris tribus macerari, tunc in vase optime clauso assevari. — **Pharmac. Palatinae** formula: Rec. Radic. Angelicae, Levisticii <sup>aa</sup> Unc. tres, Herb. Melissae, Rutae, Scordii <sup>aa</sup> Unc. unam, Cortic. Citri recenter siccatorum Unc. duas, Bacc. Juniperi Unc. quatuor. Incis. et contus. affundantur Aceti Vini optimi sufficiens quantitas ad quatuor vel quinque digitorum transversorum eminentiam. Peracta digestione abstrahatur in alembico vitro. Huic destillato Aceto rursus affundatur Cortic. Citri extimorum, Radic. Angelicae, Contrajervae, Enulae, Morsus Diaboli, Zedoariae <sup>aa</sup> Unc. semis, Herb. Rutae, Scordii, Myrrhae rubrae, Bacc. Juniperi <sup>aa</sup> Unc. una, Croci austriaci Drachm. duas; inc. et cont. stent per octiduum in infusione calida vitro probe clauso, deinde coletur et filtretur Acetum. — **Dispensatorii Hamburgensis** formula: Rec. Herb. Abrotani, Hyssopi, Rutae, Salviae, Bacc. Lauri, Juniperi <sup>aa</sup> Manip. unum, Rad. Aristochiae longae, Angelicae, Cort. Citri <sup>aa</sup> Drachm. tres, Gran. Chermes Drachm. duas, Nuc. Moschatae Unc. semis. Inc. misceantur, infundantur in Aceti acerrimi Libr. trib. in vase bene clauso. — **Dispensatorii Fuldensis** formula ad ACETUM BEZOARDICUM seu PROPHYLACTICUM: Rec. Rad. Angelicae, Valerianae silvestris, Hb. Salviae, Menthae crispa, Bacc. Juniperi <sup>aa</sup> Unc. unam. Minutum conc. et contus. affundantur Aceti Vini veri Libr. quatuor. Vase clauso digerantur per tres dies calide et post sufficientem extractionem filtretur Acetum, eique tum addantur Spiritus Vini Gallici rectificati Unc. duas. Mixtum servetur.

ACETUM BEZOARDICUM seu FEBRIFUCUM SYLVII, ACETUM PROPHYLACTICUM seu AQUA PROPHYLACTICA SYLVII.

Rec. Rad. Angelicae, Zedoariae <sup>aa</sup> Unc. unam, Rad. Petasitidis Unc. duas, Herb. Rutae, Melissae, Scabiosae, Flor. Lavendulae <sup>aa</sup> Unc. duas, Nuc. juglandium immaturum concisarum Libr. duas, Pomorum Citreorum recentem concissorum Libr. unam. Contus omnibus affunde Aceti Vini optimi Libr. duodecim. Digerantur per noctem, mane destillentur igne lento ad siccitatem fere, cando empyreuma. — Olim magnopere celebratum in febribus, cunctis affectibus epidemicis et peste ipsa cet. Hodie vix exhibetur. — Aliae formulae ad varia ACETA BEZOARDICA in JUNKENS Corpore pharmaceutico-chymico, Schröders Arzneischätz aliisque pharmacopoeias antiquis invenies, quae autem hodie a medicis non amplius praescribuntur, quare praetereras das putamus.

ACETUM CALENDULAE. Ringelblumen-Essig. *Vinaigre de Souci*. — Paratur pari modo atque Acetum Lavendulae (p. 8).

ACETUM CAMPHORATUM, ACETUM VINI CAMPHORATUM. Kampher-Essig. *Vinaigre camphré*.

Rec. Camphorae, Alchohole Vini duplo solutae, Partem unam, Aceti crudi optimi Partes trecentas. Misce, digere lenissimo calore et solutione refrigerata filtra. — Liquor flavescens, odore et sapore acido et camphorino. — *Vis*: discutiens, resolvens, excitans. — *Usus*: tam externus quam internus.

**Pharmac. Pauperum Hamburgensis** prim. edition. formula cum hac partim congruit, praescribit autem Camphoram in Liquoris anodyni Hoffm. triplo solvi et cum Aceti Vini optimi octoginta Partibus commisceri. — **Pharmac. Pauperum Hamburgensis secund. edit. formula**: Rec. Camphorae pulveratae Drachmam semis, Mucilaginis Gummi arabici Drachm. duas. Terendo sensim adde Aceti Vini optimi Unc. quinque. — **Pharmac. Slesvico-Holsticæ, WOLLROPFII**, et **Dispensatorii Lippiaci** formulae in summa rei cum hac congruant. — **MAYR** ad Camphorae Grana quinque Mucilaginis Gummi arabici Drachm. semis et Aceti Vini Unc. unam scribit. — **Pharmac. Borussicæ castrensis** formula ad ACETUM VINI CAMPHORATUM: Rec. Camphorae Drachm. semis, Spiritus Vini rectificati Guttas decem. Tritis sensim admisce Gummi arabici pulvreti, Sacchari albi <sup>aa</sup> Unc. semis, Aceti Vini Unc. octo. Servetur in vitro obturato. — **Pharmacop. Hassiae** et **Pharmacop. Hannoveranae** (edit. prim.) formula cum hac congruit, nisi quod Camphorae Part. unam, Gummi arabici Part. duas, Sacchari Part. quatuor et Aceti Part. nonaginta sex commisceri praescribit. — **Pharmac. generalis SPIELMANNI**, **Pharmac. Heribopolitanae** et **Cadet de Gassicourt formula**: Rec. Camphorae Drachm. unam. Tere in mortario lapideo cum Spiritus Vini rectificati Gutt. viginti, Sacchari albi Unc. duabus; probe tritis affundantur Aceti Vini optimi Unc. decem. — **AUGUSTINI Pharmac. extemporanea** Aceti crudi loco Acetum destillatum praescribit. — **Dispensatorii Fuldensis** et **Pharmac. usuelle de VAN MONS** formula: Rec. Camphor. pulverat. Part. unam, Aceti optimi nonaginta sex. Misce. — **Formulaire pharmaceutique à l'usage des hôpitaux militaires de France** ad Camphorae Part. unam Aceti Part. centum praescribit. — **SWEDIAUR Pharmacop. medici practici universalis** ad Camphorae Part. unam Aceti Part. decem usque sedecim praescribit. — **FERRARINI Farmacopea** Aceti destillati totidem sumere jubet et **TADDEI Farmacopea generale** ad unam Camphorae Part. octoginta Aceti Part. praescribit.

ACETUM CAPSICI v. Acetum Piperis hispanici (p. 10).

ACETUM CARYOPHYLLORUM FLORUM v. Acetum Tunicae florum (p. 14).

## 6 ACETUM CASTOREI ABSTRACT. — ACET. CONCENTRATUM

ACETUM CASTOREI ABSTRACTICUM. De-  
stilliter Bibergeil - Essig. *Vinaigre de Casto-  
reum distillé.*

Rec. Castorei Moscovitici minutim concisi  
Unc. unam, Aceti Vini optimi Unc. sedecim.  
Destillent ex retorta Unc. octo. Servetur usi.

ACETUM CEREVISIAE. Bier-Essig. *Vinaigre de Bière.* — Paratur simili modo ex Liquore  
Cerevisiae destinato, sed omisso Lupulo, uti  
Acetum Vini (l. i.). Minoris autem plerunque  
est pretii.

ACETUM CHALYBEATUM seu FERRI, Acet.  
martial, Extractum Martis aceticum,  
Tinctura Martis adstringens, Vitriolum  
Martis liquidum, Acetas Ferri liquidus.  
Stahl- oder Eisen-Essig. *Vinaigre chalybe' ou  
martial.*

Rec. Aceti crudi optimi Unc. duodecim, Li-  
matura Martis purae Unc. unam. Stent in di-  
gestione frigida per triduum, tunc cola. —  
Liquor obscure fuscus, acido-stypticus. Solutio  
est aquosa Ferri acetici oxydo-oxylatii. —  
*Vis:* adstringens. — *Usus:* Tam internus quam  
externus; hodie autem apud nos rarissime ad-  
hibetur. — Pharmac. Amstelodamensis  
Liquorem ad dimidium evaporat. —  
TADDEI in Farmacop. generale Aceti  
crudi loco Acetum destillatum prescribit. —  
Pharmac. Wirtembergicae formula  
la ad Tineturam Martis adstrin-  
gentem etiam parum congruit; prescri-  
bit autem Limatura Martis Part. quatuor cum  
Aceti crudi Part. novem digeri, solutionem ad  
quartae partis remanentiam evaporari et resi-  
duo Spiritus Cydoniorum Part. quatuor admis-  
ceri, tunc liquorem per digestiōnēm probe  
unitum filtrari (Conf. quoque Liquor Ferri  
acetici et Tinctura Ferri acetici).

ACETUM CITRI CORTICUM seu CORTICUM  
CITRI. Citronenschalen-Essig. *Vinaigre de  
Citron.*

Rec. Cortic. Citri concis. Unc. quatuor, su-  
peraflunde Aceti Vini servidi Unc. octo. Di-  
gere per quadrantem horae, tunc admisce Aceti  
Vini frigidi Unc. sedecim; digere per horam  
in balneo Mariae; filtra et serva.

ACETUM COFFEAE seu COFFEANUM EX-  
TEMPORANEUM, Potio antinarcotica. Kaf-  
fee-Essig. *Vinaigre de Café.*

Rec. Semin. Coffeae tostas Unc. tres, Aceti  
Unc. duodecim. Calefac fere ad ebullitionis  
gradum usque, cola et adde Sacchari albi Ses-  
quicuniam. — Praecipue ut antidotum contra  
opi effectum narcoticum laudatur.

ACETUM COLCHICUM seu COLCHI-  
TICUM. Zeitloseit-Essig. *Vinaigre col-  
chique.*

† Rec. Radic. Colchici recent. mense Julio  
collectarum et minutim concisarum Unc.  
quatuor, Aceti crudi optimi Libr. quatuor.  
Macerata per septimanam in vase clauso,  
colatura adde Spiritus Vini rectificati Unc.

duas. Filtra et serva. — Liquor badius,  
nauseoso-amarus et acidus. — *Vis:* inciden-  
s, diuretica, facile purgans, emetica, dra-  
stica. — *Usus:* Interne caute in parva dosi. —  
*Praep:* Oxytel.

Pharmac. Brunsvicensis, Fer-  
rariensis, Hispanicae, Saxonicae,  
Wirtembergicae, et Pideriti Phar-  
maciae rationalis formulae cum  
hac congruent, Spirit. Vini autem omissunt. —  
Pharmac. Londinensis et Dubli-  
nensis ad unam Rad. Part. sedecim Aceti et  
unam Spirit. Vini praescribunt. — Pharmac.  
Borussica et Russica parari prescri-  
bunt uti Acetum scilliticum (p. 14). — Phar-  
mac. Heribopolitana prescribit ad Rad.  
Colchici Part. unam Aceti Part. novem et Spi-  
rit. Vini Part. 2/3. — SPIELMANNI Pharmac.  
generalis, Pharmac. Hispanica et  
Pharmac. Lusitanica ad Rad. Colchici  
Part. unam Aceti Part. sex prescribunt et po-  
sterior insuper addi jubet Spiritus Vini Part.  
dimidiā. — VAN MONS Pharmacop.  
usuēle ad Colchici Part. unam Aceti Part.  
quinque et Spiritus Vini simpl. Part. duas  
praescribit.

† ACETUM COLCHICI FLORUM. — Paratur  
maceratione Florum Colchici siccatorum Unc.  
una cum Aceti Uncis duodecim, expressione  
et filtratione.

ACETUM CONCENTRA-  
TUM. Concentrtert Essig.  
*Vinaigre concentré.*

Synon.: Acidum aceticum, Acidum aceti-  
cum dilutum seu temue Pharmacopoeiarum  
nonnullarum, Spiritus Aceti dilutus, Aceti  
loco per frigus concentratum.

Rec. Sacchari Saturni Libras qua-  
tuor,  
Olei Vitrioli anglici Uncias tre-  
decim et dimidiā,  
Aquaec Uncis viginti quatuor  
dilutas,

Mixta in cucurbita vitrea satis am-  
pla, ad dimidium tantum replenda,  
in superiore convexitate uti et in  
collo charta et carbonum strato,  
glutinis farinacei ope obducta; di-  
gere leni calore per viginti quatuor  
horas, subinde agitando; deinde,  
adaptato alembico vitro, cucullo  
papyraceo tecto, cum excipulo tu-  
bulato siphone instructo, cuius  
crus interius fundum paene attin-

git et supposita cruri externo lagena non penitus clausa, vel adaptato refrigeratorio GOETTLINGIANO cum tubulo interno vitro, fiat destillatio ad siccum; liquor prodiens repetitis vicibus auferendus, quam diu purus inveniatur; ultima autem portio, acido sulphuroso inquinata, separatim excipienda. — Liquor aqueus, odore et sapore penetrante acido, p. spec. 1,04. — Est Acidum aceticum  $2\frac{1}{2}$  Aquae partibus circiter mixtum. — *Vis:* analeptica, antiseptica, antiphlogistica, diaphoretica; pure autem per se interne adhibiti, toxica.

Sit limpidum, odoris fragrantis gratae acidi, minime sulphurosi aut empyreumatici, tantaeque aciditatis, ut partes duas Kali carbonici partem unam penitus decomponant; addito liquore argenti acetici vel barytae muriaticae non turbetur, acidi hydrothionici ope minime colorem assumat.

*Usus:* Tam interne quam externe, aqua dilutum, adhibetur; acetum de stillatum (v. i.) supplere potest. — Ad solutiones varias et paranda plura Salia acetica inservit; additur aliis quoque compositionibus.

Pharmacopoeiae Bavariae Formula in universum cum hac congruit, prescribit autem Acetum supra Magnesiae Vitriario rum subtilissime pulveratae Part, tres rectificari.

#### ACETUM CONCENTRATUM Pharmacop. Borussicae et Hannoveranae.

Rec. Kali carbonici Unc. sedecim, Aceti destillati quantum sufficit ad perfectam neutralisationem. Evaporent ad Unc. triginta sex, quibus refrigeratur, filtratis et in retortam vitream immisis ad Magnesiae Vitriariorum subtiliss. tritae Unc. duas, Olei Vitrioli anglici Unc. duodecim, Aquae fontan. Unc. sex dilutas. Retortae collum ablue Aquae destillat. Unc. duabus. Adaptato vase recipiente et juncturis clavis fiat destillatio ad siccum. Si destillatum acido sulphuroso aut empyreumate scatet, super Magnesiae Vitriariorum subtiliss. tritae Unc. una, si vero acido sulphurico, super Kali acetici sufficiente quantitate rectificetur. — Liquor acidus praecedenti similis, sed dimidio debilior. — Cum hac formula congruant praescriptiones Pharmac.

Hassiae, Danieae, Fenniae, Polonicae, Suecicae (ACIDUM ACETICUM DILUTUM), Oldenburgicae, nisi quod ex earum praescriptione Liquor salinus ad Unciarum quadraginta remanentiam evaporandus et Oleum Vitrioli cum pari Aquae quantitate dilundum. — ACETUM CONCENTRATUM Pharmac. Slesvico-Holsatica multo fortius est. Prescribit enim Sacchari Saturni Unc. triginta duas cum Olei Vitrioli Unc. novem et Aquae Unc. quatuor et semis in apparatu supra descripto ad siccum destillari. Inservit Acidi acetici loco (conf. Acetum radicale p. 11.).

ACETUM CONCENTRATUM ex Aeto Lignorum (p. 9) quoque parari potest, quod cum Sale Soda (I. p. 363) saturatum filtratur, ad siccum evaporatur. Sal residuum igne celeriter, sed brevi tantum tempore, funditur, tum in una et dimidia Aquae Parte solvitur; liquor filtratus decolor, omnis empyreumatis expers, Olei Vitrioli anglici ope dimidio salis pondere decomponitur et in apparatu idoneo Acetum destillatur, quod, nisi empyreumate plane privatum, carbonum sanguinis depuratorum ope purgandum.

ACETUM VINI CONCENTRATUM seu ACETUM CELU CONCENTRATUM Pharmacop. Suecicae et plurium aliarum.

Rec. Aceti Vini quantum vis; in vase ligneo glaciatur gelida hieme. Humor non gelatus defunditur et servatur. — Liquor peracidus subflavescens. — Sit tanta aciditatis ut tres partes sufficient ad Kali carbonici secchi partem unam saturandam.

ACETUM CONCENTRAT. seu AC. VINI CONCENTRATUM sec. MAYR paratur, si Acetum Vini in balneo Mariae ad dimidium evaporetur, tunc post 24 horas filtretrur. — Modus ineptus.

ACETUM CONFORTANS s. CLOSSAEI. Stär fender Eßig. *Vinaigre confortant.*

Rec. Herb. Ruta Unc. duas, Fumariae Drachm. sex, Baccar. Juniperi Unc. duas, Caryophyllor., Macid., Castorei  $\frac{1}{2}$  Unc. semis. Contusis affunde Aceti Vini Libr. tres. Insola per aliquot dies vel macera retro fornacem.

ACETUM CORDIALE MICHAELIS. Herz-Eßig. *Vinaigre cordial.*

Rec. Flor. Anthos, Rosar., Tunicae, Borraginis, Buglossi, Violarum, Lilior. convall., Herb. Meliss., Cinnamomi, Caryophyllor., Macidis, Cassiae fistulae, Seminum Meliss. et Cinae, Ligni Santali citrini, Lign. Aloës et Rhodi. Omnimque quantitatem indefinitam cum Aceto Vini extrahi prescribit KRAEUTERMAN.

ACETUM CYANI FLORUM. Blauer Kornblumen-Eßig. *Vinaigre de Bleuet.* — Paratur uti Acetum Lavendulae (p. 8.)

ACETUM DENTIFRICIUM. Zahn-Eßig. *Vinaigre dentifrice.*

Rec. Radic. Pyrethri Unc. duas, Cinnamomi, Caryophyllor., Ligni Guajaci  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Spirit. Cochleariae Unc. duas, Aq. vulnerariae Unc. quatuor, Aceti albi opt. Libras quatuor. — Post digestionem sufficientem cola.

## 8 ACETUM DESTILLATUM — ACETUM LAVENDULAE

### ACETUM DESTILLATUM. Destillirter Essig. Vinaigre distillé.

*Synon.:* Acetum stillatum, Acetum Vini destillatum seu purificatum, Acidum acetum tenuem seu dilutum, Acidum acetosum, Spiritus Aceti, Essiggeist. Acide acétique ou acetus distillé.

Rec. Aceti crudi quantum vis; addita vigesima Parte Carbonum Ligni recens ustorum et grosse pulveratorum, destillet e retorta vitrea vel vesica cuprea, intus stanno obducta et alembico vitro instructa cum refrigeratorio GOETTLINGIANO, cuius tubus internum vitreus, igne moderato, optime in balneo liquoris Calcariae muriaticae. Rejiciatur pars primo prodiens, acido egens spiritumque vini plerumque continens; continuetur destillatio quamdiu acetum coloris et empyreumatis expers obtinetur.—Liquor limpidus, odore et sapore gratae acido, sed Aceto concentrato multo debiliore.—Est Acidum aceticum multa Aqua dilutum.—*Vis:* Aceti concentrati, multo autem mitior est.

Sit tantae aciditatis, ut Unciae tres sufficiant ad Hali carbonici Drachmam decomponendam. Ceterum puritas eodem modo quo Aceti concentrati investigatur.

*Usus:* Aceti concentrati, quod cum undecim Aquae destillatae partibus mixtum Acetum destillatum supplet.—

Pharmac. Silesvico-Holsatica autem ad Aceti concentrati Partem unam Aquae destillatae Partes septem praescribit, et Pharmac. Hassiae ad unam Aceti concentrati quatuor Aquae partes vel quantum sufficit, ut liquor ponderis specifici sit 1,008.

Reliquarum Pharmacopoeiarum praescriptiones non notabiliter a nostra discedunt, nisi quod plures Carbonum additionem omitant, tum autem liquor prius empyreumate inquinatus prodit.—Productum tamen proratione adhi-

biti Aceti crudi et laboris moderatione plus minus aciditate variat.

ACETUM DIAPHORETICUM MYSICHTI seu ACETUM LIGNORUM. Mysichts schwefel treibender Essig oder Holz-Essig. Vinaigre diaphoretique de Mysicht ou de Bois.

Rec. Radic. Sassafrillae, Chiane  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Ligni Sassafras Drachm. sex, Flor. Sambuci Unc. semis, Cassiae ligneae Drachm. duas. Concisa macerentur in sufficiente Aceti Vini quantitate, donec rubini instar tingantur; postea filtretur.

† ACETUM DIGITALIS. Gingerhut-Essig. Vinaigre de Digitalie.

Rec. Herb. Digitalis siccata. Unc. unam semis, Aceti crudi Unc. octo. Fiat infusio frigida triduana, deinde cola.

ACETUM DIGITALIS SACCHARATUM v. Oxsaccharum Digitalis.

ACETUM DRACUNCULI. Estragon- oder Dragun-Essig. Vinaigre d'Estragon.

Rec. Summitatum Dracunculi recent. Unc. unam, Aceti Vini Libr. unam; post sufficientem macerationem cola et serva. — *Vis et Usus:* Herbae (I.p. 115). — Pharmac. Hispanica ad Dracunculi Part. unam, Aceti Part. octo praescribit.

ACETUM FRAGORUM. Erdbeer-Essig. Vinaigre de Fraises. — Paratur uti Acetum Rubi idaei (p. 12).

† ACETUM HELLEBORI ALBI seu VERATRI ALBI. Weiße Nieswurzel-Essig. Vinaigre d'Ellebore blanc, Dr. WENDT.

Rec. Radic. Hellebori albi Drachm. unam, Aceti crudi Unc. viginti. Coque et cola.

ACETUM HELLEBORI seu ELLEBORI NIGRI. Schwarze Nieswurzel-Essig. Vinaigre d'Ellebore noire.

Rec. Radic. recent. Hellebori nigri concis. Unc. unam semis, Aceti crudi Libr. unam. Macera per dies quatuordecim, cola leviter exprimendo et adde Spirit. Vini rectificatissimi Unc. unam; post aliquot dies decantha.

ACETUM HISPALENSE seu CYPERI LONGI AROMATICUM. Gewürzhafter Cyperwurzel-Essig. Vinaigre de Souchet long aromatique.

Rec. Rad. Cyperi longi Libr. duas, Flor. Rosar. rubr. Unc. novem, Summitatum Anthos, Thymi, Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam et semis, Seminum Meliloti Libr. unam semis, Piperis Tabasci (Semin. Amomi) Unc. duas, Benzoës Unc. semis. Incisa et contusa infunde in Aceti opt. Libr. decem; digere, destilla ex retorta vitrea, donec liquor stillans empyreumaticum spirit odorem, et vase rite clauso serva.

ACETUM LAVENDULAE. Lavendel-Essig. Vinaigre de Lavande.

Rec. Flor. Lavendulae siccata. Unc. unam, Aceti crudi Unc. sex. Misce, digere per aliquot dies, cola cum expressione et serva usui. — *Vis:* excitans, confortans. — *Usus:* Externus ad odoramenta, fomentationes et.

Pharmac. Lusitanica addi praescribit  
Spirit. Vini Libr. semis. — Pharmacop.  
Herbipolitana ad unam Flor. Lavendulae  
Part. novem Aceti Part. praescribit. —  
Pharmac. Gallica Aceti quatuordecuplum,  
Ferrarini Farmacopea duodenarium  
praescribit.

ACETUM LAXANS seu LAXATIVUM PIER-  
QUIN. Larix-Essig. *Vinaigre laxative.*

Rec. Folior. Sennae Unc. unam, Cremor.  
Tartari Unc. semis, Cortic. Citri, Semin. Anisi,  
Cinnamomi an Drachm. semis, Aceti Octarium  
dimidium. Infunde per horas 24.

### ACETUM LIGNORUM EMPYREUMATICUM CRUDUM. Roher Holz- Essig. *Vinaigre de Bois em- pyreumatique cru.*

*Synon.:* Acidum pyro-lignosum, pyro-xyl-  
icum seu pyro-aceticum crudum, Acidum  
lignum. Rohe brennliche Holzfäure, saurer  
Holzeist. *Acide pyro-lignieux, Acide lignique,*  
*Esprit acide de Bois.*

Rec. Ligni sicci Fagi, Carpini,  
Tiliae vel Quercus, in tabulas  
cubicas dissecti, quantum vis.  
Retortae ferreae, tubi ferrei ope-  
cum excipulo satis capaci con-  
 junctae, cum quo tubus alias appar-  
atui WOULFIANO adaptatus com-  
municat, immisso, fiat destillatio  
ad ignem apertum, donec Lignum in  
retorta penitus in carbonem  
immutatum fuerit. Liquor elicitus,  
separata Pice liquida, per aliquot  
hebdomades aëri athmosphaericō  
in vasis apertis exponendus, tunc  
filtrandus et servandus. Obtine-  
tur quoque in magna copia in paranda  
Pice liquida (I. 207.). — Liquor  
fuscus, clarus, peracidus simul-  
que ingrate empyreumaticus. —  
Solutio est Acidi acetici in Aqua,  
Kreosotum, Picamarum, Paraf-  
sinum, Eupionem, Spiritum Lig-  
norū et alia producta destilla-  
tionis siccae, adhuc non satis cog-  
nita, continens. — *Vis:* conservans,

mundificans, antiseptica, vulne-  
raria; interne parva dosi simul  
diaphoretica, diuretica, mediocri  
dosi facile nociva, imo deleteria!

Sit Liquor ut bonae notae supra de-  
scriptus, tantaeque aciditatis, ut illam  
Aceti crudi superet. Liquor aciditate  
et empyreumate egens rejiciatur.

*Usus:* Interne cautissime, parva dosi  
solummodo, atque dilutus, adhiberi  
potest! Plerumque externe applicatur.  
Inservit etiam ad parandum Acetum  
concentratum (p. 7.), Kreosotum, cet.

### ACETUM LIGNORUM EMPYREUMATICUM RECTIFICATUM. Rec- tificirter Holz-Essig. *Vinaigre de Bois empyreumatique rec- tifié.*

*Synon.:* Acidum pyrolignosum rectifica-  
tum, cet. (v. praecedens)

Rec. Aceti Lignorum crudi quan-  
tum vis.

Immitte retortae vitreae, et de-  
stillā ex balneo arenae, donec  
tres Quadrantes elicitū fuerint.  
Serva in vasis bene obturatis. —  
Liquor acidus praecedenti persi-  
milis, sed colore dilutiore fusces-  
cente, et odore minus ingrato em-  
pyreumatico, simul subspirituoso.  
— Praeter Acidum aceticum plus  
Spiritus Lignorum et minus Kreo-  
soti cet. quam praecedens conti-  
net. — *Vis:* eadem, minus autem  
toxica.

*Usus:* Idem. Hoc praeparatum se-  
curius, semper autem circumspete!  
interne quoque adhiberi licet.

ACETUM LILIORUM CONVALLIUM. Mat-  
blumen-Essig. *Vinaigre de Muguet.* — Para-  
tur uti Acetum Lavendulae (p. 8.).

ACETUM LITHARGYRII v. Acet. Saturni-  
num.

ACETUM MALSUM = Oxymel simplex.

ACETUM MEDICATUM v. Acet. Antise-  
pticum (p. 2.).

ACETUM MEDICINALE Manualis SOUBIRAN.  
Medicinis thes. Essig. *Vinaigre medicinale.*

Rec. Rad. Hirundinariae, Squillae, Stipitum Angelicae, Bacc. Juniperi, Macid.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Herb. Absinthii, Melissae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Vini albi generosi Libr. viginti. Macera in vase leviter clauso, donec Vinum in Acetum abierit; cola et serva.

ACETUM MENTHAE paratur uti Acetum Lavendulae. (p. 8.)

ACETUM MITHRIDATICUM. Mithridatis-  
Essig. *Vinaigre de Mithridate.*

Rec. Mithridati Damocriti, Terra sigillatae, Rad. Tormentillae, Enulae, Angelicae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Cornu Cervi sine igne calcinati, Pulveris Serpentum, Myrrhae rubrae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis, Semini. Citri, Acetosae, Baccar. Juniperi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Flor. Calendulae, Tunicae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Croci oriental., Caryophyllor., Camphor.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Aceti Vini rosati quantum sufficit. Misce exacte, et Acetum allatum coloratum et virtute medica satis imbutum usui serva.

ACETUM MORORUM. Maulbeer-Essig. *Vinaigre des Mures.* — Paratur ex Baccis Mori nigrae cum Aceto ut Acetum Rubi idaci (p. 12). ACETUM MYRRHAE Pharmac. Heribpolitanae. Myrrhen-Essig. *Vinaigre de Myrrhe.*

Rec. Myrrh. pulverat. Unc. unam, Aceti concentr. Libr. semis. Loco tepido per aliquot dies detenta, post in balneo vaporum per horam digerantur; colatura servetur.

## ACETUM MYRRHATUM MYNSICHTI.

Rec. Myrrhae rubrae Unc. unam; Rad. Angelicae Unc. semis, Herb. Card. benedicti, Rutae, Absinthii, Scabiosae, Veronicæ, Scordii  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Cassiae lignae, Castorei  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Aceti Vini caryophyllati quantum satis. Post sufficientem macerationem filtra et serva.

ACETUM NAPHAE. Pomeranzenblüthen-Essig. *Vinaigre de fleurs d'Orange.* — Paratur ex floribus recentibus uti Acet. Lavendulae. ACETUM NICOTIANAE seu TABACI Pharmac. Heribpolitanae. Tabak-Essig. *Vinaigre de Tabac.*

Rec. Herb. Nicotianae siccatae. Unc. unam, Caryophyllor. arom. No sex, Aceti concentr. Libr. unam. Digerere leni calore per quattuor diuum, deinde cola et serva.

ACETUM ODORATUM ANGLORUM, ACIDUM ACETICUM ODORATUM. Englischer Riech- oder Gewürz-Essig. *Acide acetique odorant des Anglais.*

Rec. Aceti radicalis Unc. unam, Camphor. Crana decem, Olei aeth. Caryophyllor. Gutt. viginti quatuor, Bergamottæ Gutt. sedecim. Misce.

ACETUM ODORATUM seu ODORIFERUM Disp. Fuldens. Riech-Essig. *Vinaigre odorifère.*

Rec. Aceti Vini fragrantis Unc. duas, Spirit. Melissae Unc. dimidiata, Olei aeth. Cort. Citri, Lavendulae  $\frac{aa}{aa}$  Gutt. decem, Caryophyllor. Gutt. quatuor. Probe misceantur.

ACETUM ODORATUM Pharmac. Wirtembergicae.

Rec. Rad. Cyperi rotundi, Galangae minor.,

Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis. Herb Anthos, Salviae, Flor. Lavend., Lilior. convall., Rosar. rubr.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Ligni Rhodii, Cinnamomi, Caryophyllor., Cort. Citri recent.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Aceti Vini albi Libr. duas. Incision et contusis superfundatur Acetum et post digestionem per triduum ad usum reponatur.

## ACETUM OPII v. Guttae nigrae.

ACETUM PAPAVERIS ERRATICI seu RHOEADOS. Blätschrofen-Essig. *Vinaigre de Coquelicot.* — Paratur uti Acetum Lavendulae.

ACETUM PESTILENTIALE = Acetum antisepicum (p. 2).

ACETUM PHILOSOPHICUM = Acetum Melle paratum. — Praescriptiones antiquae ad parandum hoc Acetum admodum mysticæ sunt; nihil aliud autem obtineri videtur nisi Acetum crudum. (v. quoque Acetum radicale p. 11.).

ACETUM PIPERIS ALBI et NICRI. Weissen und schwarzen Pfeffer-Essig. *Vinaigre de Poivre blanc et noir.*

Rec. Piperis albi vel nigri Unc. unam, Aceti crudi Octarium unum. Macera per dies quatuordecim et exprime.

ACETUM PIPERIS HISPANICI seu CAPSICI SPIRITUOSUM. Weingeisthaltiger Spanischer Pfeffer-Essig. *Vinaigre de Poivre d'Espagne.* — Paratur digestione Piperis Hispanici recent. et maturi Part. unius cum Aceti Vini albi et Spiritu Vini simplicis  $\frac{aa}{aa}$  Part. duodecim.

ACETUM PIPERIS JAMAICENSIS seu PIMENTI. Nelkenpfeffer-Essig. *Vinaigre de Poivre de Jamaïque.*

Rec. Piper. jamaicens. cont. Part. unam, Spiriti Vini simpl.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duodecim. Digere per aliquot dies et filtra.

ACETUM PLUMBI v. Acetum saturninum (p. 13.).

ACETUM PRIMULAE VERIS. Schüsselblümchenwurzel-Essig. *Vinaigre de Racine de Prime verte.* — Paratur uti Acetum Belladonnae (p. 4.).

ACETUM PROPHYLACTICUM v. Acetum antisepicum, Ac. aromaticum et Ac. bezoardicum.

ACETUM PSEUDO-NARCISSI seu NARCISSI SILVESTRIUM. Gemeiner Narzissen-Essig. *Vinaigre de fleurs de Narcisse sauvage.*

Rec. Flor. Narcissi silvestris recentium Part. unam, Aceti crudi albi Part. octo. Infunde blando calore per aliquot horas, cola absque expressione et filtra.

ACETUM PURGANS PRAEVOTII. Larix-Essig. *Vinaigre purgative.*

Rec. Cremer. Tartari Unc. semis, Folior. Sennae Drachm. tres, Cinnamomi, Sem. Anisi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. dimidiata, Aceti opt. Libr. unam. Post sufficientem infusionem cola et serva. — Ad acetaria laxativa insertivit.

ACETUM QUATUOR LATRONUM SIMPLEX et COMPOSITUM v. Acetum antisepiticum (p. 2 et 3.).

ACETUM PRO RABIDI CANIS MORSU HANSEMANI. *Eissig gegen Hundswuth. Vinaigre contre l'Hydrophobie.*

Rec. Herb. Rutae, Abrotani, Betonicae, Salviae et Manip. unum. Incisione affunde Aceti Vini opt. Libr. unam. Digere per aliquot horas, expresso addere Theriacae Andromachi Drachm. duas. Addi quoque potest Herb. Card. fullosum Manip. unus vel Semin. ejusdem contus. Unc. una.

### ACETUM RADICALE. Radical-Essig. *Vinaigre radicale.*

*Synon.:* Acetum acerrimum seu concentratissimum, Alcohol Aceti WESTENDORFI; Acetum glaciale. Acetum philosophicum, Spiritus Aceti, Acidum aceticum, Acidum acetosum, Acor aceticus crystallinus. *Essigsäure, Essigessig, Essiggeist, philosophischer Essig, reine Essigsäure. Acide acétique.*

Rec. Sacchari Saturni albissimi Libras duas.

Liquefiat leni calore in vase aperito, lato, depresso, satis capaci, semper agitando et vas saepius ab igne removendo, donec aqua penitus privatum sit; pulveratum immitte caute in retortam vitream, ne collum inquinetur, et adaptato refrigeratorio GOETTLINGIANO cum tubo interno vitro, instilla per vices, ne nimis calefiat,

Olei Vitrioli anglici puri plane decoloris Uncias sex semis; epistomium retortae singulis acidi portiunculis admixtis statim cito claudatur, morandum ad refrigerationem usque; toto immissio agitetur miscella baculi vitrei ope et fiat destillatio ex balneo Calcariae muriatae, quamdui acetum purum prodit. (Parari quoque potest eodem modo ex Terra foliata Tartari Kalina seu natrina anydra cum Oleo Vitrioli; requiritur autem ad unam Salis partem dimidia circiter Olei Vitrioli.) Si acidum adhuc impurum, sulphurosum vel empyreumati-

cum, rectificetur super Magnesiae Vitriariorum alcoholisatae Uncia una. — Liquor decolor, limpidissimus, fluidissimus, p. spec. 1,063; odore fragrantissimo pungente volatili-acido, uti et sapore, simul subcaustico; frigore facile in crystallos aciculares et foliaceas coalescens, leni calore ebulliens et in auras abiens; igni admotus facile flammam concipit et cum flamma coerulea comburitur. — *Part. const.:* Carbonei 4, Hydrogenii 6 et Oxygenii 3 p. Mixt.; continet autem ad minimum unum Aquae p. Mixt. et Hydratum Acidi acetici constituit. Facillime qualibet aquae proportione uti et spiritu vini mixtu. Solvit olea aetherea, camphoram et plura alia corpora organica. Salia cum basibus format plerumque facile solubilia in aqua et spiritu vini, cum oleo vitrioli commixta Acetum radicale emitentia, per se destillata, praeter acetum empyreumaticum, passim etiam Spiritum Aceti (*Essiggeist*) producentia et cum liquore ferri muriatici oxydati commixta, colorem sanguineum assumentia. — *Vis:* excitans, analeptica, nervina; interne per se deleteria.

Sit limpidum, odore grata et penetrante acido, non autem sulphuroso vel nitroso; in temperatura modice frigida facile, praecipue, si vas aperitur, in crystallos abiens; ceterum puritas investigatur uti Aceti concentrati (p. 7.).

*Usus:* Ad odorandum. — *Praep.:* Acetum odoratum. Additur aliis quoque compositionibus. Cum aqua vel spiritu vini commixtum pari modo atque Acetum concentratum adhibetur.

Acetum radicale porro parari potest ex Salibus anydris supra memoratis cum Kali bisulphurico, antea calore obscure rubro-candente tamdui fuso,

## 12 ACET. RADICALE ex AERUGINE — ACET. RUTAE

quamdiu vapores aquosos emittit; tum paria Salium Pondera Mixtionis, melius autem plus Kali bisulphurici, pulverata, triturando optime misceantur et ex retorta vitrea leni calore Acetum eliciatur.

Pharmac. Borussica praescribit ad parandum ACIDUM ACETICUM (ALCOHOL ACETI) Olei Vitrioli Partes octodecim cum tertia Aquae dilui et Sacchari Saturni Partibus sexaginta quatuor superaffundi, tum ad siccum destillari. Acetum hoc modo dilutius obtinetur.

Plures Pharmacopoeiae suadent ad empyreumatis vel acidi sulphurosi formatio-  
nem impedientiam miscellae ad parandum  
Acetum radicale sextam decimam circiter  
Partem Magnesiae Vitriiorum admiseri.

Pharmac. Edinburgensis praescribit ad ACIDUM ACETOSUM FORTE parandum Vitrioli Martis exsiccati Libr. unam cum Sacchari Saturni Unc. decem misceri et ex retorta vitrea Acetum destillando elici. — Pharmac. manualis d' ANVERS suadet Calcarian acetacum Olei Vitrioli ope methodo supra  
descripta decompонendam et Acetum obtentum denuo supra Magnesiam Vitriiorum rectificari.

ACETUM RADICALE ex AERUGINE,  
SPIRITUS AERUGINIS seu VIRIDIS AERIS  
et VENERIS, qui dicitur. Grünspan-Essig  
oder Spiritus. Vinaigre de Vert de Gris. —  
Obtinetur destillatione siccum ex Aerugine de-  
stillata (I. 2.) in retorta vitrea instituta, ad  
finem ad incandescentiam retortarum usque ignem  
augendo. — Acetum hoc modo obtentum facile  
cupro inquinatum est, quo iterata destilla-  
tione privatur.

ACETUM RADICALE AROMATICUM seu  
ACIDUM ACETICUM AROMATICUM Pharmac.  
Borussicae. Aromatische Essigäure.  
Acide acétique aromatisée.

Rec. Acidi acetici Unc. unam, Olei Caryophyllor. Drachm. unam, Lavendulae, Cortic. Citri singulor. Scrupul. duos, Bergamott., Thymi singulor. Scrupul. unum, Cassiae cinnamomi. Gutt. decem. Misce, ut fiat liquor limpidus et flavo-fuscescens.

ACETUM RADICALE seu ACIDUM ACETI-  
CUM AROMATICUM CAMPHORATUM Pharmac.  
Borussicae. Aromatische Essigäure mit  
Campher. Acide acétique aromatisée avec du  
Camphre.

Rec. Camphorae Drachm. dimidiam, Olei Caryophyllor. Gutt. viginti, Cort. Citri Gutt. decem. Solve in Acidi acetici Unc. quatuor. Sit limpidum et flavescens.

ACETUM RHIZOTICUM MYNSCHITL. Bur-  
zel-Essig. Vinaigre de Racines.

Rec. Rad. Tormentillae, Serpentariae, Pim-  
pinellae, Angelicæ, Valerianæ, Imperatoriae,  
Succisæ, Dictamni albi, Enulæ campan.,  
Vincetoxicæ, Zedoariae, Petasitidis <sup>aa</sup> Unc. se-  
mis. Infundatur in Aceti Viini salvati q. s.

et post justam digestionem, Acetum filtratum  
ad usum reponatur.

ACETUM RIVELI AMERICANUM. Rivels  
amerikanischer Essig. Vinaigre américain de  
RIVEL.

Rec. Acet. concentr. Part. ducentas, Acid.  
Citri P. centum, Morphii Part. duas, Extr.  
Opii aquosi P. quatuor, Chinin. sulphur. P.  
tres, Summitati Artemisiae judaic., Rutae hort.,  
Anthos, Stoechad. arabic., Menthae virid. et  
Menthæ aquat. <sup>aa</sup> P. sex, Pip. Hispan. P. qua-  
tuor, Pip. nigr. Cinnamom. <sup>aa</sup> P. quinque,  
Rad. Zingiber., Caryophyllor. <sup>aa</sup> P. quatuor,  
Allii canadensis P. unam, Camphorae P. qua-  
tuor, Macera per 40 dies addendo Camphoram  
Chininum et Morphium in sufficiente Aleoholis  
Vini quantitate soluta. — In morbos contagio-  
sos adhibetur.

ACETUM RORISMARINI v. Acetum Anthos

ACETUM ROSATUM seu ROSARUM. Ros-  
sen-Essig. Vinaigre de Roses. — Paratur ex  
floribus Rosarum rubrarum cum Aceto crudo  
eodem modo atque Acetum Lavendulae (p. 8.). —  
Liquor limpidus, pulchre ruber, acidus et  
subadstringens. — Plures Pharmacopoeiae, ut  
Pharmac. Gallica, loco Aceti albi Ace-  
tum Vini rubrum praescribunt.

ACETUM ROSARUM COMPOSITUM VAN  
Mons. Zusammengesetzter Rosen-Essig. Vi-  
naigre de Roses compose.

Rec. Flor. Rhois coriariae Part. unam, Ro-  
sarum rubrar. Part. unam semis, Vini Cydoni-  
or. Part. quatuor, Aceti Vini rubri Part.  
decem. Incisa macerentur per dies decem, tum  
liquor leviter expressus coletur. — SWEDIAE  
praescribit ad Flor. Rhois et Rosar. <sup>aa</sup> Part.  
unam Aceti Part. duodecim.

ACETUM RUBI IDAEI.  
Himbeer-Essig. Vinaigre de  
Framboises.

Rec. Baccar. Rubi idaei recent.  
Libr. unam,  
Aceti crudi Libr. duas.

Sepone in vase vitro per men-  
sem, cola et serva liquorem cla-  
rum loco frigido in lagenis bene  
obturatis. — Liquor limpidus,  
amoene ruber; odore et sapore  
grate acido et aromatico.

Acetum decolor, turbidum vel mu-  
cidum, acore et aromate egens, rejici-  
ciatur.

Usus: Ad potum, aqua vel syrupo  
mixtum. — Praep.: Syrupus.

Paratur quoque miscendo Acetum concentra-  
tum cum Succi Rubi idaei depurati Part. septem.

ACETUM RUTAE seu RUTACEUM. Rau-

ten. Essig. *Vinaigre de Rue.* — Paratur ex Herba Rutae uti Acetum Lavendulae (p. 8.).

ACETUM RUTAE CAMPHORATUM. *Rau-ten-Essig mit Kampher. Vinaigre de Rue camphré.*

Rec. Summit. Rutae c. florib. Unc. duas, Aceti crudi Unc. sedecim. Infunde blando calore per horas viginti quatuor, colat et in colatura dissolve Camphorae Drachm. duas; filtra et serva usui.

ACETUM RUTAE CÓMPOSITUM Pharmac. Pragensis.

Rec. Summitatum Rutae Manip. tres, Castorei optimi, Asao foetidae ad Drachm duas. Infundantur per aliquot dies in Aceti Vini Libr. duabus et insolentur. (Conf. quoque Acetum antihystericum p. 1.)

ACETUM SALVIAE. *Salbei-Essig. Vinai-  
gre de Sauge.* — Paratur uii Acetum Lavendulae. — Pharmac. Gallica autem ad unam Herbae Salviae sedecim Aceti Partes praescribit, aliae duodecim et VAN Mons octo Aceti Part. ad unam Salviae sumi suadent.

ACETUM SAMBUCI seu SAMBUCINUM. *Hollunderblüthe-Essig. Vinaigre de Sureau.* — Paratur eodem modo quo Acet. Lavend. (p. 8.)

## † ACETUM SATURNI. Bleießig. *Vinaigre de Plomb.*

Synon.: Acetum Saturninum, Acetum Lithargyrii, Acetum Plumbi seu plumbicum, Extractum seu Balsamum Saturni, Acetas seu Subacetas Plumbi liquidus, Liquor Plumbi aceticus seu subaceticus, Plumbum tertia parte aceticum liquidum, Oleum Plumbi seu Saturni. Bleiertract, Bleiöl, Dritteßigsaures Bleioryd, Silberglätteßig. *Extrait de Saturne, Vinaigre de Plomb ou de Saturne.*

Rec. Lithargyrii recenter candefacti et laevigati Uncias septem,

Sacchari Saturni recenter crystallisati Uncias sex,

Aquae distillatae Unc. triginta. Misce, digere in vase vitro bene clauso lenissimo calore, donec residuum insolutum colorem album assumserit, tum decantha et filtra. — Liquor limpidus, decolor, p. spec. 1,20, sapore ingrato dulci et styptico, colorem chartae exploratoria in modum alcalium immutans, aëris aditu facile pulverem album deponens (de ceteris

proprietatibus conf. Salia plumbica I.209). — Est plumbum oxydatum ex tertia parte aceticum (partim) cum Aqua. — Vis: adstringens, exsiccans, antiphlogistica, discutiens, interne facile nociva, venenata.

Sit limpidum, p. spec. supra memorati et alcalium modo ad reagentia sese habens, cum spiritu salis ammoniaci caustico commixtum colorem coeruleum non assumens.

Usus: Externus, aqua dilutum. — Praep.: Aqua Goulardi, Ceratum Saturni; additur aliis quoque compositionibus.

Pharmac. Gallica ad unam Lithargyrii, tres Sacchari Saturni et novem Aquae Part. praescribit. — Pharmac. Borussiae et Slesvico-Holsaticae formula ab haec discrepat, quod ad Sacchari Saturni Part. sex, tres tantum Lithargyrii et viginti unam Aquae Part. praescribit. — Pharmac. Bavaria prae- scribit ad unam Lithargyrii tres Sacchari Saturni et novem Aquae Part. — Pharmac. Hannoverana praescribit ad Lithargyrii Part. unam Sacchari Saturni Part. duas et Aquae Part. quatuor. — Pharmac. castrensis Borussica, Sacchari Saturni Libr. unam in Aquae distillatae Libr. tribus solvi praescribit. — WOLROFF ad unam Sacchari Saturni duas Aquae distillatae proponit.

Antiquiores Pharmacopoeae ad parandum Acetum Saturni simplex Acetum distillatum vel crudum cum dimidia, tertia vel quarta Part. Lithargyrii coqui praescribunt, donec Acetum cum Oxydo Plumbi penitus saturatum sit. — Si liquor ad Melaginam consistentiam evaporatur, Extractum Saturni GOULARDI seu Balsamum Saturni vocatur. — Pharmac. Hassiae prae- scribit Lithargyrii Part. unam cum Aceti crudi Part. novem ad reactionem liquoris alcalinam usque et dimidiam remanentiam coqui. — Pharmac. Dublinensis ad unam Lithargyrii octo Aceti Part. praescribit; Lusitanica et Fenicia sex, Dispensat. Lippiacum quinque. — Pharmac. Danica, Rossica, Saxonica, Piderit aliaeque Pharmacop. inepte Lithargyrii loco Minium vel Cerussam proponunt. — Dispensat. Fuldense suadet Lithargyrii Part. unam cum duabus Aceti concentrati Part. ad perfectam saturationem usque coqui, et Pharmac. Heripolitanæ prescribit Lithargyrii Part. unam cum Aceti concentr. Part. tribus ad dimidium coqui; imprudenter autem residuum insolutum iterando cum nova Aceti quantitate ad plenam solutionem usque tractandum. — VAN Mons ad viginti unam et dimidiam Plumbi oxydati 6,5 Aceti concentrati Part. praescribit.

**ACETUM SCILLITI-CUM.** Meerzwiebel-Essig.  
*Vinaigre scillistique.*

*Synon.:* Acetum Scillae seu Squillae marinæ, Acetum squillinum.

Rec. Radicis Scillae siccatae et minutum incisæ Uncias duas, Aceti crudi Libras duas.

Macerentur per triduum, tum acetum coletur et servetur. — Liquor clarus, fuscescens, acidus et nau-seoso—aci—amarus. — *Vis:* incidens, diuretica, emetica.

*Usus:* Interne caute parva dosi. —

*Praep.:* Oxymel.

Pharmac. Slesvico-Holsatica colatura adhuc Spiritus Vini rectificatissimi Unc. unam addi praescribit; Pharmac. Polonica autem tres Spirit. Vini rectificati Part. — Pharmac. Borussica ad duas Scillæ siccatae Part. eam quantitatem Aceti destillati sumi jubet, ut post lenem expressionem colatura Part. octodecim remaneant. — Pharmac. Bavaria, Batava et Belgica ad duas Scillæ recentis Part. duodecim Aceti et unam Spirit. Vini rectificati praescribunt. — Pharmac. Austriacæ, Rossiae et Piderit Formula cum hac congruit, nisi quod Spirit. Vini omittit. — Pharmac. Gallica autem ad Libr. sex Aceti rubri Unc. unam solummodo Spirit. Vini praescribit. — Dispensator. Brunsvicense ad tres Squillarum exsiccatar. viginti quatuor Aceti Part. praescribit. — Pharmac. Fen-nica ad unam Scillæ siccata. undecim Aceti crudi et unam Aceti concent. praescribit. — Pharmac. Heribopolitana ad sex Scillæ siccata, quadraginta octo Aceti per frigus concentrati et tres Spirit. Vini simpl. Part. praescribit. — Pharmac. Londinensis ad duodecim Squillarum siccata nonaginta sex Aceti destillati et octo Spirit. Vini Part., — Pharmac. Edinburgensis ad duas Scillæ siccata. triginta Aceti destillati et Spirit. Vini rectificati tres Part., — Pharmacop. Dublinensis ad sex Scillæ siccata. triginta sex Aceti Vini et quatuor Spirit. Vini rectificati praescribunt.

**ACETUM SCORDII.** Lachenknoedlauch-Essig. *Vinaigre de Scordium.* — Paratur ex Herba uti Acet. Lavendul. (p. 8.)

**ACETUM SICCUM.** Trocken Essig. *Vinaigre sec.*

Rec. Tartari albi Libr. semis. Abluatur diligenter, tum siccetur et pulverisetur. Hic pulvis infundatur in Acet. Vini acerrimo. Postea pulvis iterum siccetur et siccatus iterum infundatur in Aceto ut antea et rursus siccetur, hocque decies repetatur. Fit pulvis acidissi-

mus, qui in quavis aqua solutus, eam reddit acidam. (Praeceptum ineptum!)

**ACETUM SOLUTIONUM WIRSINGII.** Purgir-Essig. *Vinaigre laxative de Wirsing.*

Rec. Aceti acerrimi Unc. octo, Passul. min., Mannae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Fol. Sennae opt. Unc. unam, Cinnamom. Unc. duas. Infunde per diem tunc cola.

**ACETUM PRO SPONCHIS.** Essig, d. Schwämchen einzumeiden. *Vinaigre pour les Éponges.*

Rec Rad. Angelicae, Zedoariae, Caryophyl-lat., Valerian.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Rad. Galangae rotund. vulg. Drachm. duas, Herb. rec. Rutae, et Scordii  $\frac{1}{2}$  Manip. unum, Flor. Calendul., Rosar. rubrar., Caryophyll. rubror., Sambuc.  $\frac{1}{2}$  Manip. semis, Cort. Citri Unc. duas, Camphoræ Scrup. unum. Conc. superaffunde Acet. Vini ad eminent. 4 digitorum; post 24 horas decantha et serva.

**ACETUM TEREBINTHINAE.** Terpentin-Essig. *Vinaigre de Térébenthine.*

Rec. Terebinthinae quant. vis. Destillet in balneo arenae, donec nihil amplius prodeat. Separa oleum aethereum a liquore aquoso et acido et serva posteriore. — *Vis:* Aceti Lig-norum. Inservit praecipue ad parandum Li-quorem Cornu Cervi terebinthinatum.

**ACETUM THERIACALE.** Theriac-Essig. *Vinaigre de Theriacæ.*

Rec. Rad. Eulæ, Angelicae, Cyperi, Zedoariae, Caryophyllatae, Imperatoria, Valeriana silvestr., Viperinae  $\frac{1}{2}$  Unc. dimidiati, Flaved. recent. Aurantiorum et Citri, Caryophyllorum, Cinnamomi, Galangae, Baccar. Juniperi, Lauri, Summit. Salviae, Anthos, Rutae  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas. Fiat maceratio loco calido per mensem in Aceti Vini opt. Libr. septem; cola et exprime fortiter. In expresso solve Theriacæ Unc. septem. Macera denuo per mensem loco calido. Colatura servetur usui. Adhibetur uti Acetum antisепticum.

**ACETUM THERIACALE** Pharmac. Augu-stanae.

Rec. Rad. Chelidon. major. Unc. unam semis, Angelicae, Ostrutii, Gentianæ, Bistortæ, Valeriana, Pimpinellæ, Dictamni albi, Carlinæ, Zedoariae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Plantaginis major. Drachm. unam semis, Folior. Scordii, Card. benedicti, Dictamni cretici  $\frac{1}{2}$  Pug. duos, Cort. et Sem. Citri  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam semis, Granor. Juniperi Drachm. duas, Nucleor. Nuc. Jugland. Unc. duas, Sandali citrin. Drachm. semis. Infundantur omnia in Acet. rutacei Libr. quatuor, atque sic in vitro probe clauso infusa permaneant.

**ACETUM THERIACALE VIENNENSIMUM.**

Rec. Rad. Angelic., Levistic., Contrajerv. Enul. camp.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Serpentaria. virg., Mors. Diaboli, Zedoariae, Ostrutii  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Valerian. Unc. semis, Herb. Meliss., Rut. hort., Scordii nostrat., Myrrh. rubr.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cort. Citri, Baccar. Juniperi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Croci austri. Drachm. tres, Theriacæ Unc. quatuor. Incisa et contusa digerantur per quatuordecim dies in Aceti Vini

quantitate ad quatuor digitorum eminentiam. Coletur fortii expressione et usui Acetum servetur.

ACETUM TUNICAE FLORUM, ACET. FLOR. CARYOPHYLLOR. RUBRORUM seu ACETUM VINI CARYOPHYLLATUM. Mel-fenblumen-*Eßig*, *Vinaigre d'Oeillet*. — Paratur uti Acet. Lavendulae (p. 8.)

ACETUM UTERINUM SCHROEDER. Mutter-*Eßig*, *Vinaigre hysterique*.

Rec. Herbae Rutae virid., Funiariae <sup>as</sup> Man-nip. duos, Bacc. Juniperi Unc. duas, Caryophyllor., Nuc. Moschatar. Macis, Castorei <sup>as</sup> Unc. semis, Aceti rosati Libr. tres. Macera per octo vel plures dies; tunc cola et serva.

ACETUM VERATRI v. Acetum Hellebori albi (p. 8.).

ACETUM VINI COMMUNE PRAEPARATUM. Präparat̄ter Wein-*Eßig*, *Vinaigre préparé*.

Rec. Aceti communis Vini opt. quantum volueris. Reple illo plures lagenas vitreas, quae in vas amplum, aqua repletum, quod super ignem positum, imponuntur; coquitur per horam unam, deinde lagenas exime et obtura. Hoc modo Acetum commune Vini praeparatum per plures annos incorruptibile manet.

ACETUM VIOLARUM FLORUM seu VIO-LATUM. Weilchen-*Eßig*, *Vinaigre de Fleurs de Violette*. — Paratur uti Acet. Lavendul. (p. 8.); sed flores recentes sumi oportet.

ACETUM VOMITORIUM DESTILLATUM. Brech-*Eßig*, *Vinaigre vomitive*.

Rec. Cort. Rad. Thapsiae Unc. quatuor, Rad. Asari rec. exsiccat. Unc. duas, Sem. Carthami excoct. Unc. unam, Cinnamomi acuti Unc. semi. Mixta et contusa infundatur in Aceti Vini acerimi Libr. quatuor. Digerantur in vitro bene clauso saepe agitando per mensem; postea in cucurbita aerea, adaptato alembico plumbeo, igne lente ex cineribus usque ad siccitatem destillentur. Et sic habebis acetum destillatum Saturno impraeagnatum et subdulce, quod totum, nullo rejecto phlegmate, ad usum reservar. — Scindendus destillationem omittit, praescribit autem durante digestione aliquot Plumbi lamina in Acetum imitti.

ACETUM ZEDOARIAE COMPOSITUM seu ANTISEPTICUM vel AROMATICUM. Pharmac. Bremensis.

Rec. Rad. Zedoariae, Angelic., Herb. Rutae <sup>as</sup> Unc. unam, Hb. Menth. piperit., Absinthii <sup>as</sup> Unc. unam semi, Aceti Vini Libr. quatuor. Post digestionem per quatuor dies, filtratur.

ACETUM ZEDOARTICUM MYNSIGHTI.

Rec. Rad. Zedoar. Unc. unam, Angelic., Torment., Scorzonera <sup>as</sup> Unc. semi, Bacc. Lauri excoct., Juniperi <sup>as</sup> Drachm. tres, Flor. Calendulae, Lavend., Rosar. rubr., <sup>as</sup> Drachm. duas, Myrrh., Ligni Aloës, Macidis <sup>as</sup> Drachm. unam semi, Caryophyllor., Nuc. moschat. <sup>as</sup> Drachm. unam. Infundatur in Aceti Vini Sambuc. s. q., donec perfecte colorentur; postea acetum coletur et reponatur.

ACETUM ZINZIBERIS. Ingwer-*Eßig*, *Vi-naigre de Gingembre*.

Rec. Rad. Zinziber. concis. Unc. unam, Aceti crudi Octarium. Macera per dies quatuordecim et colra cum expressione.

ACIDUM ACETICUM v. Acet. radicale (p. 11.).

ACIDUM ACETICUM AROMATICUM v. Acet. radicale aromat. (p. 12.).

ACIDUM ACETICUM AROMATIC. CAM-PHORAT. v. Acet. radicale arom. camphorat. (p. 12.).

ACIDUM ACETICUM FORTIUS IMPURUM  
= Aceto Lignorum.

ACIDUM ANTIMONICUM v. Materia perlata.

<sup>†</sup> ACIDUM ARSENICICUM seu ARSENICALE. Arsenif-Säure. *Acide arsenicieque*.

Rec. Arsenici albi subtilissime pulverat. Unc. quatuor. In retortam vitream immissis adde Acidi Salis fumantis Unc. unam et per vices Acidi Nitri p. spec. 1,25 Unc. duodecim, dum miscella, semper calefacta, ad siccum destilletur; residuum deinde brevi tempore ad calorem obscure rubro-candentem usque calefiat et in sex Aquae destillatae Part. solvatur; filtratum servetur circumspete in vase vitro bene obturato. — Liquor decolor, aqueus, ponderosus; sapore caustico-acido; si evaporatur crystallos subinde deposita prismaticas, crystallis acidi phosphori isomorphas; si ad siccum evaporatur, massam albam exhibet; igne obscure rubro-candente facile funditur et subpellucida fit, igne fortiori autem decomponitur et in auras abit; lente quidem, sed in maxima proportione solubilis in aqua; solutio, addito argento nitrico, praecipiatum præphet fuscorubrum. — Constat ex Arsenici et Oxygenii 5 p. Mixt. — Vis: maxime venenata, deleteria! corrodens. — Usus: Ad Salia arsenicalia paranda.

<sup>†</sup> ACIDUM ARSENICOSUM v. Arsenicum album.

ACIDUM BENZOICUM v. Flor. Benzoës.

ACIDUM BORACICUM v. Sal sedativum HOMBERGI.

<sup>†</sup> ACIDUM BORUSSI-CUM. Blausäure. *Acide Prussique*.

Synon.: Acidum zooticum, Acidum hydrocyanicum, Acidum coerulei berolinensis, Acidum tingens, Acor prussicus. Preußische Säure, Berlinerblausäure, zootische oder thierische Säure, Blutsäure, Wasserstoffblau-stoffsäure. *Acide hydrocyanique*.

Rec. Kali borussici Unciam semi.

Solve in

Aquae purae Uncii duabus; in retortam tubulatam immissis affunde

Olei Vitrioli rectificati Drachmas duas,

Aquae purae pari pondere dilutas; adaptato recipiente tubulato cum siphone et lagena alta serviente excipiendo, vel refrigeratorio GOETTLINGIANO supra (p. 7.) memorato,

Aquae destillatae Uncias duas et semis

continentibus, fiat destillatio ex balneo Calcariae muriaticae ad siccum, vel potius, donec totus liquor elicitus, cum aqua in vas excipiens immissa pondus Drachmarum triginta octo aequet, excipula vel refrigeratorium semper aqua frigida circumfundenda. Serva caute in vitris bene obturatis loco frigido obscurō. — Liquor limpidus decolor, odore et sapore penetrante amygdalino; cum alcali quodam mixtus et addita solutione cujusdam ferri oxydulo-oxydati, tunc addito acido salis in excessu praeципitatū enascitur obscure coeruleum. — Solutio est diluta aquosa Acidi borussici trigesimam octavam circiter partem Acidi anydri continens, quod constat ex Carbonei 2, Azoti 2 et Hydrogenii 2 p. M. — Vis: minima dosi anodyna, deprimens, parva jam dosi facile nociva, toxica, deleteria.

Liquor aqueus, gratus odorū; per tempus minime coloretur et praecipitatum carbonēum seccernatur; evaporando penitus in auras abeat; addita solutione barytae muriaticae vel vitrioli martis, sacchari saturni aut acidi hydrothionicī non turbetur aut coloretur; cum sufficiente solutionis argenti nitrici quantitate commixtus praecipitatū praebeat album caseosum 14,16 procentum exhibens.

Usus: Interne circumspete multa

aqua dilutum, parva dosi tantum adhibendum; vitandum solliciter, ne ulla materia heterogenea admisceatur, qua alteretur.

Permulta sunt praescriptiones ad parandum ACIDUM BORUSSICUM MEDICINALE, proh dolor! autem in concentratione crebre quam maxime diversum habebis. Saepius quoque plus minus Spiritus Vini addere solebant, ACIDUM BORUSSICUM ALCOHOLICUM quod nominatur. — Praescribit enim Pharmac. Bavariae et Parmensis ad Kali Borussici Part. quatuor, Olei Vitrioli Part. tres, Aquae sedecim et Alcoholis Vini duodecim; quae miscella tam diu stillatur, donec productum elicium volumen Partis unius Aquae vicies impletat. Continet hic liquor vigesimam quintam circiter partem Acidi anydri. — Pharmac. Borussicae et Batavae secundum SCHRADENUM suadet Kali borussici Part. unam cum Acidi Phosphori Part. duabus et Spiritus Vini alcoholisati Part. quatuor fere ad siccum stillari, producto elicto tantum Alcoholis Vini admisceri, ut pondus totius liquoris sit Partium sex. Continet autem hoc Acidum trigesimam sextam circiter anydri partem. — Pharmac. Slesvico-Holsatica formula cum hac congruit, nisi quod Acidi Phosphori loco Olei Vitrioli dimidiam Part. cum pari Aquae quantitate diluendam praescribit. — Pharmac. Hassiae secundum KELLERUM ex Kali borussici Part. sedecim cum Olei Vitrioli Part. octo, Aquae totidem et Spiritus Vini rectificissimi Part. quatuordecim stillando Part. sedecim elici praescribit. — Irriterus ex Part. duabus Kali borussici, una Olei Vitrioli duabus Aquae diluti, in vas excipiens, quatuor Aquae seu Alcoholis Vini continens, fere ad siccum stillari et productum super Magnesiae ustae Part. trigesimam in vas excipiens unam Alcoholis Partem continens, tres Partes rectificari praescribit. — VAUQUELIN praecepit Hydrargyri Borussici Part. unam in Part. octo Aquae destillatae solvi et liquorem Gas Acidi hydrothionicī sufficientis quantitatē ope, nō excluso, penitus decomponi, acidum hydrothionicum in excessu plumbi carbonici operare et filtratum liquorē usui asservari. — DUNCAN in the London Dispensatory et Pharmac. Dublinensis ex solutione unius Part. Hydrargyri Borussici in octo Aquae Part., additis 7/8 Part. Acidi Salis, octo Part. abstracti suadent. — CLARK suadet Acidi Tartari Grana septuaginta duo in Aquae destillatae Unc. una solvi, tunc in vitro statim obturando admisceri Kalii cyanati Grana triginta duo. Conquassata mixtura per aliquod tempus vas aqua frigida immersa seponendum et liquorem clarum a Tartaro regenerato decanthandum. Hae duas formulae productum praebeant, quoad concentrationem, omnino cum nostro congruens. — SCHEELE coquebat Mercurii praecipitati rubri Part. 6,4 cum Coerulei berolinensis Part. 128 et Aquae 500, filtrabat et lavabat residuum cum Aquae calidae Part. 128, admiscebat Li-quori commixto Limatura Martis pulverat.

Part. 96 ex Olei Vitrioli Part. 24, antea totidem Aquae dilutas; agitata saepius miscella, decantabat liquorem clarum et distillatione eliciebat 192 Part., quas iterum super Magnesiae carbonicae Part. octo rectificabat, donec productum ponderis esset 128. — Simile acidum quoque venditur Londini in Apothecary-Hall. — Alii, e. g. MAGENDIE, TRAUTWEIN cet. suadent Acidi Borussici anydry (v seq.) Part. unam cum Aquae Part. octo et semis commisceri. — Pharmac. Gallica secundum RONIQUET Acidum Borassicum anydrum, cum aquali pondere Aquae commisceri proponit.

† ACIDUM BORUSSICUM ANYDRUM. Wasserleere Blausäure. Acide Prussique anhydree. — Paratur vel decompositione Hydargyri Borussici siccii (Hydargyri cyanati) Acidi Salis fumantis aut Gas Acidi hydrothionicici ope, vel decompositione Kali Borussici Olei Vitrioli dimidia Aquae Part. diluti ope, distillatione cautissima in vas serviens excipiendo, miscella refrigeratoria cinctum. Acidum elicitem Calci chlorati ope aqua penitus privandum, loco obseculo frigido circumspecte asservandum. — Productum venenatissimum, deleterium, in minima dosi eodem momento, quo sumtum est, fulguris instar, necat. Per tempus semper alteratur et deum penitus decomponitur, qua de causa in longum tempus asservari non potest. (De ceteris proprietatibus et compositione conf. praecedens.)

ACIDUM CAINCANICUM, CAINANIUM. Cainca-Säure, Caincabilfer. Acide cainanique.

Rec. Rad. Caincae quantum vis. Fiat decoctum aquosum concentratum, cui adde Aceti Saturui, quam diu praeципitatum enascitur, quod aqua bene lotum, adhuc humidum, cum sufficiente quantitate Spiritus Vini rectificissimi ferventis tractandum, et addito Acido sulphurico, ad praecipitandum plumbeum, filtrandum et evaporandum. — Crystallos exhibit exiguae, aciculares, fasciculatim aggregatas, inodoras, primo quoque insipidas, post saporem peramarum simulacrum stypticum in ore relinquentes; ægre solubiles in aqua et æthere, faciles autem in spiritu vini et acido acetico; acidi salis ope autem facile in massam gelatinosam insipidam et insolubilem in aqua convertitur; igne etiam destruitur. — Part. const.: Carbonei 57,38, Hydrogenii 7,48 et Oxygenii 35,14. — Cum alcalibus Salia format facile solubilia et sapore amaro. — Vis: diuretica, purgans, simulque tonica (?). Praecipue in hydrope laudatur.

ACIDUM CAMPHORINUM v. Oleum Camphoræ acidum.

ACIDUM CARBO-AZOTICUM, ACIDUM NITRO-XANTHICUM. Kohlenstoff-Säure. Acide carbo-azotique.

Rec. Indigo pulverati Unc. duas; assunde cum Aquae Fortis Unc. viginti. Coque in vase vitro vel porcellaneo, reffuso pedentim acido evaporato, donec vapores rutilantes oriri cessaverint. Evaporet liquor ad crystallisationis momentum. Crystallii collectae saturentur cum

liquore Kali carbonici diluto; sal refrigeratum concretum iterata crystallisatione depuretur, tunc solutio servida concentrata Acidi Salis vel Nitri ope deponatur; inter refrigerandum crystalli enascantur, que denuo in aqua ferta solvenda et crystallisatione depuranda. — Crystallos exhibet parvas, prismaticas, rhombicas vel foliaceas, splendentes, colore citrino, sapore peramaro; calore in auras abit, in aqua frigida, spiritu vini et aethere aegre solubile, facile autem, si liquores servidi. — Part. const.: Carbonei 31,457, Oxygenii 53,777, et Azoti 14,766; p. Mixt. = 3177,663. Salia format cum basibus plerumque luteas, si solubiles, sapore amaro; calore, vel mallei ictibus, detonantur. Salia facile solubilia cum solutione salis cuiusdam kalini non admodum diluti praecipitatum flavum, crystallinum, praebent. — Vis: febrisfuga, majori autem dosi facile nociva, toxica. — Novissimis temporibus ut febrisfugum, Chinini loco, proponitur.

ACIDUM CARBONICUM v. Aër fixus et Aqua aërata.

ACIDUM CHINAE seu CHINICUM, sive CINCHONICUM, Acidum kinicum, Sal esentiale Chinæ. China-Säure. Acide de Quinquina, Kinique, ou chinique.

Rec. Calcariae chinicae puræ quant. vis. Solve in sufficiente Aquae quantitate, tunc admisce Olei Vitrioli rectificati, antea sexduplo Aquae diluti,  $\frac{5}{3}$  Part. Salis soluti; post aliquod tempus filtra et evapora lenissimo calore ad syrapi tenuioris spissitudinem et, separato Gypso deposito, reliquatur evaporationi spontaneae in aëre sicco. — Difficulter in crystallos abit tenerrimas, lamellosas et verrucosas, decolores, inodoras, sapore peracido; facilime solubiles in aqua uti et in spiritu vini; calore facile liquefit, calore fortiori autem mutationi succumbit. — Part. const.: in statu anydro, Carbonei 15, Hydrogenii 24 et Oxygenii 12 p. Mixt. Acidum crystallisatum liberum adhuc in Aquae p. Mixt. continet. Cum basibus Salia format nonnisi solubilia; solutiones solummodo Aceti Saturni ope partim praecipitantur. — Vis: (?) — Ad Salia chinica, praecipue cum Chinino et Cinchonino, proponitur.

ACIDUM CITRI seu CITRICUM, Acidum Limonum. Citronen-Säure, Limonen-Säure. Acide de Citron ou de Limon.

Rec. Succi Citri recent. depurat, et albumine ovi clarificati, quantum vis (ad minimum autem aliquot libras), Calefiat in lebete lapideo vel porcellaneo satis capaci, et addatur per vires, semper agitando, Cretæ albae laevigatae quantum ad perfectam saturationem requiritur; seponatur praecipitatum et lavetur optime aqua ferta, tum admisceantur ad decem Partes adhibitate Cretæ novem Olei Vitrioli anglici, antea Aquae puræ septemduplo diluti. Stent in digestione frigida saepius agitando,

## 18 ACID. FLUO-SILICICUM — ACID. FORMICARUM PURUM

coletur cum expressione, edulcoretur residuum aqua frigida; evaporet liquor clarius leni calore, demum in balneo Mariae, ad syrapi tenuioris spissitudinem, donec cuticula crystallina appareat; separetur gypsum depositum et removeatur vas statim ab igne, seponatur in locum frigidum ad crystallisandum; liquor residuum iterum evaporet, quamdiu crystallos praebet. Crystalli collectae, a muria privatae, repetita crystallisatione depurandae. — Prismata exhibent recte rhombica, planis quatuor exacuta, alias secundaria, decolora et pellucida; p. spec. 1.617; inodora, sapore fortii, sed grata acido; temperatura ordinaria aere immutabili, leni calore fatiscentia, calore aucto liquefientia et distillatione sicca acidum proprium empyreumaticum, Acidum pyro-citricum, praebent. Facillime solubilia in aqua, solubilia quoque in spiritu vini. — Part. const. Acidi anydri: Carbonei 4, Hydrogenii 4 et Oxygenii 4 p. Mixt. — Crystalli continent 4<sup>3</sup> et Acidum dilapsum 2/3 Aquae p. Mixtionis. (Acidum Citri ex solutione saturata temperatura 80° R. crystallisatum i Aquas p. M. continet.) — Salia citrica sunt partim solubilia, partim insolubilia in aqua; acida et neutra. Saepius quoad proportionem partium constituentium anomala apparent; solutiones aquosae salium facile solubilium cum salibus calcarii in frigore minus praecipitati praebent, quam in calore; sal acidum kalium, facile soluble, penitus a Tartaro discrepat. — Vis: temperans, attenuans, antiscorbutica. — Usus: In pulvere et solutione passim cum Kali vel Natro carbonico ut Potio RIVERI. — Praep.: Limonada, Syrupus, Morsuli. Inservit etiam ad parandum Succum Citri artificiale et ad paranda Salia citrica. — Sit purum, decolor, a metallis liberum; solutio aquosa partim cum alcali quodam saturata, addito acido hydrothionico minime coloreatur, et addito solutione barytae muriaticae non turbetur. Cave confundas cum Acido Tartari (p. 25.), quod cum solutione salis cujusdam kalimi in excessu commixtum praecipitatum praebet crystallinum, Tartarum regeneratum.

ACIDUM FLUO-SILICICUM. Fluß-Kiesel-säure, saure flußsäure Kieselerde. *Acide fluo-silicique.* — Obinetur, dum miscella ex Spatho Fluoris et Arena vel Vitro cum Oleo Vitrioli in apparatu idoneo calefit, et gas evolvens tubuli WOULFIANI ampli fundit, et gas evolvens tubuli Mercurii vivi tectus, ita introducitur, ut eruris tubuli exterioris exitus semper mercurio submersa sit, donec aqua penitus saturata sit; tunc filtretur, exprimatur silicia et servetur usui. — Liquor decolor, peracidus, odore et sapore acidi salis simili; calore penitus in auras abit. — Solutio est aquosa. Acidi fluorici, 2<sup>3</sup>, p. M. Siliciae continentis. — Ad parandum acidum chloricum, bromicum et iodicum inservire potest. Medicorum attentione ut medicamentum quoque dignum.

ACIDUM FORMICARUM seu FORMICUM ARTIFICIALE. Künstliche Ameisen-Säure. *Acide de Fourmis ou formique artificiale.*

Rec. Sacchari albi Libr. unam. Solve in Aquae purae Libr. duabus, admisce Magneiae Vitriariorum subtiliss. pulverat. Libr. tres. Calefant in vesica cuprea ad minimum quindecies voluminis capaci, cum alembico et refrigeratorio stanneo juncta, ad 48° R. usque, tum immite per tubulum sensim et caute, ne massa redundet, semper agitando. Olei Vitrioli anglici Libr. tres, ante totidem Aquae dilutas. Fiat destillatio leni igne fere ad siccum. Acidum obtinent nova destillatione ex retorta vitrea depurandum. — Liquor aqueus, odore et sapore acido pungente formicino, simul aromatico-subamylgalino. — Solutio est aquosa Acidi Formicarum cum pauxillo Aceti et Materiae cujusdam volatilis oleoso-aethereae. — Vis: excitans, discutiens, analectica (?) — Praep.: Naphtha formicica. — Cum Spiritu Vini rectificato commixtum Spiritum Formicarum artificiale praebet, qui genuinum supplere potest. — Medicorum attentione hoc medicamentum omnino dignum.

ACIDUM FORMICARUM PURUM obtinetur, si liquor praecedens cum Plumbo oxydato jungitur, lixivium ad crystallisationem evapatur, crystalli primum natae Spiritu Vini abluuntur et siccatae Olei Vitrioli tridentis Salis ope, antea tertia Aquae Part. dilut, in apparatu idoneo destillatorio vitro caute, uti Acecum radice (p. 11), elicitor. — Parari quoque potest pari modo decompositione Natri formicici puri, exsiccati, (ex Plumbo formicico cum Natro carbonico obtenti) Part. septem, ope Olei Vitrioli Part. decem, Aquae Part. quatuor antea diluti. — Simili modo GENUINUM ACIDUM FORMICARUM ex Formicis paratur. Animalia viventia destillantur cum Aqua, vel exprimuntur, et succus destillatur. Liquor elicitus acidus saturatur cum Kali vel Natro aut Plumbo oxydato, Sal, carbonum ope depuratum et siccatum, decomponitur ope Olei Vitrioli paulo Aquae diluti, ut memoratum.

— Liquor acidus volatilis, Aceto radicali simillimus, sed odore differente, simul formicino; frigore non in crystallos coalescens. — Part. const. Acidi anydri: Carbonei 2, Hydrogenii 2 et Oxygenii 3 p. Mixt., Acidum concentratissimum adhuc i Aquae p. M. continet. Cum oleo vitrioli commixtum et calefactum inter effervescentum penitus in Gas Oxydi carbonosi et Aquam dissolvitur, cum mercurio praecipitato rubro calefactum Gas Acidi carbonici nascitur et oxydum reviviscatur; simili modo sese habet ad alia oxyda metallorum nobilium, uti et eorum salia. Salia formicica, salibus aceticis passim sunt similia, discrepant autem in eo quod cum oleo vitrioli solummodo Gas Oxydi carbonici edunt et ad oxyda metallica uti acidum liberum sese habent. (De Ammoniaci formicici proprietatibus conf. sal

ipsum p. 33). — *Vis et Usus*: Praecedentis; praeципue ad paranda Salia formicica pura et Naphtham formicicam parandam aptum.

**ACIDUM FORMICARUM Dispensat. Fuldensis.** — Mensibus Junio et Julio colligantur Formicæ brunneo-rubrae, quæ aqua frigida ab omni immunitate tote, immittantur sacculo lineo tenuiori; sacculus formicum Libra repletus ponatur in vase lapideo puro, eique aquæ pluviae ebullientis Libr. una superfundatur, post aliquam moram haec aqua in vase purum effundatur, ac de novo formicis aquæ pluviae ebullientis Libr. una superfundatur et post aliquam moram denuo effundatur, haecque adfusione, quiete, et effusione ea usque pergatur, dum superflua formicis nova aqua nullo amplius acido sapore iniciatur. Tunc vero omnes aquæ acidæ commisceantur, ac per chartam bibulam filtratae, serventur. Ex libra una formicarum quatuor circiter acidi libra obtinentur.

**ACIDUM FORMICARUM DEPURATUM Dispensat. Fuldensis.** Acidum Formicarum infusione obtentum immittatur retortæ vitroæ lenique igne usque ad quartæ partis remanentiam destilletur, quo labore partes animales oleoso-pingues cum vaporibus aqueis in excipulum transeunt, relicto in retorta Acido Formicarum depurato (P).

**ACIDUM GALLARUM seu GALLICUM, Sal essentiale Gallarum. Galläpfel = oder Gallus-Säure. Acide gallique.**

Rec. Gallarum in pulverem redactar. quant. vis. Extrahantur aqua frigida, optime in prelo *Realiano*; liquor clarus in vase vitro vel lapideo aperto aere evaporatione spontanea transmittitur, quamdiu crustæ crystallinae depontuntur, quæ paullo Aquæ frigidæ ablatae in sufficiente quantitate Aquæ servidae solvuntur; ex filtrata solutione crystalli deponuntur, quæ denuo in aqua solvendæ, carbonum ani malium ope depurandæ, tunc ex liquore filtrato decolori crystalli puræ obtinentur. Aciculas exhibit tenuissimas, longas, albas, nitore sericeo, inodoras, sapore debili acido, simul stypticæ; leni calore aeri expositæ fatiscent et aquam amittunt. — Part. const.: Carbonei 7, Hydrogenii 6 et Oxygenii 5 p. Mixt. Crystalli continent 1 p. M. Aquæ. Temperatura ordinaria 100 aquæ partes ad solutionem requirit, facilius solutu in spiritu vini, solvitur quoque in aethere; solutio aquosa cum sale cujusdam ferri oxydati commixta, colorem intense atro-coeruleum assunit, gelatinam animalem autem non praecipitat. Cum alkalibus salia format aëris adiut facillima destruet, coloremque assumunt fuscum. Facile hoc acidum immutatur, in vase sublimatorio ad 170° R. usque calefactum, acidum carbonicum emitit, simulque crystalli aciculares et foliaceæ, niveæ, splendentes sublimantur, Acidum pyro-gallicum, Pyrogallus-Säure, Acide pyro-gallique, quod nominatur, sapore refrigerante amaro et subadstringente. Constat hoc acidum ex Carbonei 6, Hydrogenii 6 et Oxygenii 3 p. M.; facilius est solutu in aqua,

spiritu vini et aethere; cum salibus ferri oxydati colorem atro-coeruleum, passim pulchre rubrum, mox evanescentem, assumit. Haec acidæ, si cito ad 200° R. usque calefiant, novæ immutationi succumbunt, emitunt aquam, prius quoque acidum carbonicum et massa restat nigra, insipida, insolubilis in aqua, solubilis in liquoribus alcalinis, salia cum iis quasi formans, ex quibus acida fortiora floccos nigros praecipiunt. Acidum meta gallicum quod nominatur. Constat in statu anydro ex Carbonei 12, Hydrogenii 6 et Oxygenii 3 p. M. Acidum liberum adhuc 1 Aquæ p. M. continet. — Acidum gallicum, praecepue pyrogallicum, novissimis temporibus ut febrisfugum in febribus intermittentibus commendatur.

**ACIDUM HIPPURICUM, ACIDUM UROBENZOICUM. Hippur-Säure, Pferdeharn-Säure, Harnbenzoe-Säure. Acide hippurique.**

Rec. Lotii equini recentis quantum vis. Evaporare leni calore ad partem octavam usque, tunc admisce Acidi Salis, quandiu praecipitatum inde nascitur, quod solvitur in lactis Calcis ebullientis, quantum sufficit, filtratur et admiscetur solutioni Calcariae chlorosae, donec odor urinosus penitus evanuerit; digeratur tunc cum Carbone Lixivii Sanguinis q. s. donec liquor penitus decolor sit, filtretur et admisceatur liquori aquæ fervido Acidi Salis, usque dum valde acidus sit. Seponatur ad refrigerandum, et crystalli collectae aqua ablatae et siccatae serventur. — Prismata exhibet tenuia et longa, tetragona, planis duabus exacta, decolora et pellucida, vel striata, alba, subdiphana; inodora, sapore subacido salso, post subgutturali; difficilia solutu in aqua, temperatura ordinaria 600 partes requirunt, facilia solutu in spiritu vini, minus in aethere. — Part. const.: Carbonei 18, Hydrogenii 20, Oxygenii 6 et Azoti 1 p. M. — Salia format pleurumque facile solubilia, solutiones cum salibus ferri oxydati praecipitatum praebent carneum. Facile hoc acidum immutatur; si per se ad sublimationem usque calefit, praeter Ammoniacum et Acidum borussicum, praecepue Acidum benzoicum praebet, idemque formatur, si cum oleo vitrioli vel acido nitri coquitur. — Vis: (?) — Usus: praecepue ad parandum acidum benzoicum inservit. Medicorum attentione per se quoque, tanquam medicamentum, dignum.

† **ACIDUM HYDRIODICUM seu HYDRIODINICUM. Hydriod = oder Hydriodin-Säure, Iodwasserstoff-Säure.**

*Acide hydriodique.*

Rec. Iodi quantum vis. Tere in mortario lapideo cum pauxillo Aquæ, addens per vices centuplum Aquæ, tunc perducatur Gas Acid hydrothionici ex Ferro sulphurato Spiritus Vitrioli ope extricati, donec liquor plane decolor sit; seponatur liquor turbidus per aliquod tempus in vase clauso, saepius agitando, filtretur, filtrato addatur Iodi quantum solvi potest, introducatur iterum Gas Acid hydrothionici ad plenam liquoris decolorationem usque, filtretur denuo; quea

operatio iteranda, donec habebis liquorem satis concentratum, qui leviter caletat et evaporet, ut Acidum hydrothionicum in excessu expellatur; servetur liquor clarus in vase vitro, optime clauso. — Liquor limpidus, ad summum p. spec. 1,7; odore acido, acidi salis (p. 24) simillimo, uti et sapore, simul styptico, aëris aditu in statu concentrate fumans, tempore aëre colorem obscure fuscum et odorem Iodi assumens; chlori vel bromi ope uti et acidi nitri, olei vitrioli ope Iodum quoque separatur, quod si amylo commiscetur, colorem intense coeruleum assumit. — Solutio est aquosa Gas Acidi hydroiodici, quod ipsum constat ex Iodi et Hydrogenii aequalibus pond. Mixt. Salia cum basibus format salibus muriaticis analoga passim persimilia, solutiones (uti et acidum liberum) cum argento nitrico praecipitatum praebent caseosum, flavescentes, in spiritu salis ammoniaci caustici haud solubile, cum salibus plumbicis autem praecipitatum intense luteum, et eum salibus mercurialibus oxydulatis praecipitatum virescente-flavum, cum salibus mercurialibus oxydatis vero pulchre cinnabarinum. — *Vis:* incitans, discutiens, resolvens, praecipue sistema absorbens afficiens; in nimia quantitate facile damnifera. — *Usus:* Per se vix pro medicamento usurpatur; praecipue ad paranda Salia hydroiodica inservit.

+ ACIDUM HYDRIODOSUM, ACIDUM HYDRIODICUM IODATUM. Hydroiodidite Säure, Jod-haltende Hydrod-Säure. *Acide hydroiodique.* — Obtinetur solutione Iodi in Acidu hydroiodico, donec liquor saturatus sit. Formatur per se quoque, si acidum praecedens satius diu aëri exposuit. Liquor obscure fuscus, impellucidus, odore et sapore ingratu iodo, simul acido, in sufficientem aquae quantitatem immisus. Iodum partim deposit. — *Vis et Usus:* Uti Tinctoriae Iodi. Apud nos autem vis adhibetur. Pro reagente quoque inservire potest pariter ac tinctura iodi.

ACIDUM HYDROBROMICUM. Hydrobrom-Säure, Bromwasserstoff-Säure. *Acide hydrobromique.*

Rec. Bromi quantum vis. Solve in Aquae frigidae sufficiente quantitate, tunc admisce Aquae hepaticae purae, concentratissima, quantum requiritur ad colorem fusco - rubrum penitus destruendum; filtra et evapora lenissimo calore, donec liquor p. spec. 1,15 habeat. Serva usui. — Liquor aqueus odore et sapore acido, acidi salis simillimo; addito chloro colorem fusco-aurantiacum et odorem putidisimum Bromi assumens. Solutio est aquosa Gas Acidi hydrobromici, quod ipsum constat ex Bromi et Hydrogenii aa paribus p. Mixt. — Salia exhibet cum basibus salibus muriaticis analogis plerumque simillima; solutiones (uti et acidum liberum) praecipitatum cum argento nitrico praebent album, caseosum in spiritu salis ammoniaci caustico concentrato tantum solubile; cum salibus mercurialibus oxydulatis et plumbicis praecipitata pariter alba praebent. — *Vis:* (?) — *Usus:* Ad paranda Salia hydro-bromica.

ACIDUM HYDRO-CYANICUM v. Acidum Borussicum (p. 15).

ACIDUM HYDRO-CYANICUM VEGETABILE v. Aqua hydro-cyanica vegetabilis.

ACIDUM HYDROTHIONICUM v. Aer hepaticus et Aqua hepatica.

+ ACIDUM IODICUM. Jod-Säure, Jodin-Säure. *Acide iodique.*

Rec. Barytae iodicae Part. novem, Olei Vitrioli Part. duas, antea Aquae decuplo dilutas. Coque per dimidiam horam, filtra et evapora leni calore ad syrapi tenuioris spissitudinem, tunc aëri expone ad evaporationem spontaneam. (Parari quoque potest, Iodo cum sextuplo Acidi Nitri concentrati in phiala percipiaco coquendo et vase saepius movendo, ut Iodum sublimatum e parietibus elutatur, donec Iodum penitus evanuerit; liquor residuus evaporatione in crystallos redigitur.) Crystallos exhibet plerumque parvas, in crustam cohaerentes, albas, splendentes, vel massam albam, inodoram, sapore integrato, peracido et styptico. — *Part. const.:* Iodi 2 et Oxygenii 5 p. M.; calore decomponitur; facile solutu in aqua, aegre autem in alcoholi vini; solutio aquosa addito morphio vel sale quodam morphino coloratum fusco-rubrum assumit et Iodi nidores emittit. Salia format cum basibus plerumque insolubilia vel parum solubilia in aqua; iugae facile decomponuntur, et Oxygenium passimque Iodum quoque, emittunt; corporibus combustibilis commixta et calefacta detonant. — *Vis:* (?) vires Iodi, et quidem validiores possidere, veri simile est. — *Usus:* Ad paranda Salia iodica, praecipue autem ut reagens contra morphium inservit.

ACIDUM LIMONUM v. Acidum Citri (p. 17).

ACIDUM MALICUM, ACIDUM SORBICUM. Aepfel-Säure, Spier-Säure. *Acide malique, Acide sorbique.*

Obtinetur omnium facillime ex Succo Bacchari Sorbi ancipariæ (I. 18.) depurato. Admiseretur ei per vices Calcaria carbonica, donec liquor, adhuc acidus, nigrescat; filtrato admiseretur Plumbum nitricum solutum, quamdi praecipitatum enascitur; seponatur miscella in locum temperatum, donec praecipitatum caseosum penitus in crystallos aciculares coalescat, quae aqua ablutae in pulverem teruntur et cum Spiritu Vitrioli diluto in excessu coquuntur, donec puls homogenea granulis experta fiat, cui admiseretur per vices solutio Barytae hydrothionicae ad saturandum acidum sulphuricum, et demum Baryta carbonica ad plenam saturationem usque; praecipitatum album, aqua optimè ablutum, Acidi sulphurici diluti quantitate exacte ad decomponendam barytam malicam necessaria digeritur, et liquor filtratus purus lenissimo calore evaporatur. Aegre in crystallos coalescit exigua, aciculares, in globulos mamellatim cohaerentes, aëre facile deliquescentes, tunc liquorem syrapi consistentiæ exhibent; inodorum, sapore peracido. — *Part. const.* et *Pond.* Mixt.

acidi anydri penitus cum Acidi Citri (p. 17) con-  
gruunt; hanc ob causam *compositiones isomeri-ae* sunt: calore decomponitur; facilime est  
solutu in aqua, uti et in spiritu vini. Salia malica  
ab analogis salibus citricis discrepant, plerumque  
solubilia sunt in aqua et salia acida, passim  
difficiliora solutu, crystallos speciosas exhiben-  
t. — *Vis:* Acidi Citri (?) — *Usus:* Ad pa-  
randa Salia malica. — Acidum hoc medicorum  
attentione dignum.

ACIDUM MARINUM seu MURIATI-  
CUM v. Acidum Salis.

ACIDUM MURIATICUM OXYGE-  
NATUM v. Aqua chlorata.

### † ACIDUM NITRI. Sal- peter-Säure. Acide de Nitre.

*Synon.:* Acidum nitricum, Acidum azotiu-  
cum, Acidum septicum, Spiritus Nitri acidus,  
in statu dilutiore Aqua fortis. Sal-  
petergeist, in verdünntem Zustande Scheide-  
wasser. *Acide nitrique, Esprit de Nitre,*  
*Eau forte.*

Rec. Nitri siccatae Libras sex.

In retortam siccata immissis  
superaffunde

Olei Vitrioli anglici totidem,  
adaptato recipiente tubulato, si-  
phone ita instructo, ut ejus crus  
interius paullum tantum in reci-  
piens intret, crus exterius autem  
in vas paullum aquae continens,  
ne attingat aquam, quod siphonis  
ope cum alio vase aperto ita jun-  
ctum, ut siphon utriusque fundum  
attingat; tum, luti pinguis ope  
juncturis bene clausis, fiat destil-  
latio, igne primum moderato, sed  
gradatim aucto, donec residuum,  
calore obscure rubro-candente,  
aqua instar fluat; apparato re-  
frigerato exime caute acidum et  
serva solliciter in vase vitro episo-  
stomio vitro obturato, loco frigi-  
do, obscuro. — Liquor limpidus  
decolor, plerumque autem flaves-  
cens, p. spec. 1,5; odore debili,  
ingrato, acido-pungente et sapore  
acerrimo, caustico, acido; aëris  
aditu nebulas albas emittit; tem-  
peratura 70° R. ebullit et destil-

latur, frigore fortiori tantum coa-  
lescit. — *Part. const.* Acidi any-  
dri: Azoti 2 et Oxygenii 5 p. M.,  
in statu autem concentratissimo ad  
minimum 1 Aquae p. Mixt. continet.  
In qualibet proportione cum aqua  
et spiritu vini, et quidem inter  
fervescendum, facile mixtu. Cum  
duabus Aquae Partibus com-  
mixtum AQUA FORTIS, ACI-  
DUM NITRI DILUTUM seu ME-  
DICINALE, Scheidewasser, medi-  
cinische Salpetersäure, *Eau forte,*  
*Acide nitrique medicinale*, nomi-  
natur. — Acidum Nitri facile de-  
componitur, dum Oxygenium red-  
dit; praecipue idoneum ad dis-  
solvenda plurima metalla et alia  
corpora auorganica. Acidum hoc  
forte magnam habet affinitatem ad  
bases; Salia format plerumque  
solubilia in aqua; igne omnia de-  
struuntur et corporibus combus-  
tibilibus commixta igne detonant.  
— *Vis* acidi concentrati: maxime  
deleteria, caustica, corpora or-  
ganica plerumque destruens et  
colore flavo imbuens; acidi diluti  
minus corrodens, interne tamen  
facile toxica, satis diluta autem  
nervos revocillans, appetitum  
promovens, sanguinis vigorem  
augens.

Sit acidum purum, p. spec. supra  
memorati; dilutum acidum, addito ar-  
gento nitrico vel baryta nitrica, non  
turbetur et addito acido hydrothionico  
non obscure coloretur. — ACIDUM NI-  
TRICUM MEDICINALE Pharmac.  
borussicae p. spec. est 1,195—1,205.

*Usus:* Interne cautissime, acidum  
dilutum parva dosi, externe in pedi-  
luviis; ad Fumigationes SMITTIANAS  
cet. — *Praep.:* Aether Nitri, Spiritus Ni-  
tri dulcis, Julep nitrosum, Unguentum  
oxygenatum. Additur pluribus aliis  
compositionibus, et praecipue ad pa-

## 22 ACIDUM NITRI FUMANS — ACIDUM PAPAVERICUM

randa Salia nitrica et alia praeparata, ut: Acidum Phosphori (p. 24.) et cetera inservit.

**ACIDUM NITRI FUMANS**, Acidum nitrosum (improprie) seu nitrico-nitrosum concentratum, Spiritus Nitri fumans GLAUBERI. Rauchende Salpeter-Säure, rauchender Salpetergeist. *Acide nitreux, Esprit de Nitre fumant.*

Obtinetur pari modo quo praecedens; sumuntur autem ad 8 Nitri Part. 6 solummodo Olei Vitrioli. Vas recipiens semper aquae vel nivis ope, quantum fieri potest, frigesfaciendum, ignis demum ad retortae incandescientiam usque augendus et in distillatione pergendum, quamdiu liquor prodit. — Acidum hoc colore obscure rubro-aurantiaco est praeditum; aëre vapores emitit rutilantes, odore suffocante; si cum aqua commisceatur, miscella inter effervescentum colorem assumit primo viridem, post laete coeruleum, qui, addita majori aquae portione, evanescit. — Ceterum plerumque ut praecedens sese habet. Miscella est Acidi nitrosi cum Acidio nitrico. — Pari modo ac praecedens adhibetur. — Ad parandam Mixturam HOPEANAM quoque inservit.

**ACIDUM NITRICUM AROMATICUM**. Ge-würzhafte Salpeter-Säure. *Acide nitrique aromatique.*

Rec. Aquae Fortis Unc. tres, Aq. Rosar. Libr. unam. Misce.

**ACIDUM NITRICUM DULCIFICATUM** seu VINOsum v. Spiritus Nitri dulcis.

**ACIDUM NITRO-MURIATICUM** v. Aqua regis.

**ACIDUM NITRO-XANTHICUM** v. Acidum Carbo-azoticum (p. 17.).

† **ACIDUM OXALICUM**, Acidum Acetosellae, Acidum Sacchari, Acidum carbonosum. Klees-Säure, Sauerklees-Säure, Zucker-Säure, kohlliche Säure. *Acide oxalique, Acide saccharin, Acide carboneux.*

Rec. Salis Acetosellae Unc. quatuor. Solve in Aquae servidae Unc. sexaginta, liquori calido admisce per vices, saepius agitando. Acetum Saturni, quamdiu praecipitatum album enascerit, quod, aqua optime elotum, cum Olei Vitrioli ponderis Part. tertia, antea decuplo Aquae purae diluti commiscetur; post digestionem sufficientem filtra: residuum eduleora, per liquorem filtratum perducere Gas Acidi hydrothionici, donec non amplius colorem nigro-fuscum assumat; iterum filtra et ad crystallisationis momentum evapora; crystallos collectas et aëre siccatas serva. — Parari quoque potest ex Kali oxalico neutro, dum Barytae

muriatica vel hydrothionicae ope precipitatur, et obtenta Baryta oxalica simili modo ac praecedens Acidi sulphurici ope decomponitur. — Ex Saccharo ita paratur, ut duplo Acidi Nitri concentrati, antea 4—6 partibus Aquae diluti, in apparatu vitro destillatorio idoneo calefiat, tunc diu vapores rutilantes emittuntur, tunc liquor evaporet lenissimo calore ad crystallisationis momentum; liquor restans a crystallis liberatus, denuo cum additione Acidi Nitri evaporet, quod iteratur, quamdiu crystalli enascuntur, quae inter chartam bibulam pressae, in minima Aquae servidae quantitate solvuntur et crystallisatione deparantur. — Simili modo Acidum oxalicum ex pluribus aliis materiis organicis, Acidi Nitri ope parari potest.

— Crystallos exhibit prismaticas, oblique rhombicas vel inaequaliter hexagonales, de colores et pellucidas, p. spec. 1, 507; inodoras, sapore peracido, temperatura ordinaria aëre vis alterantur, lenissimo calore autem fatiscunt in pulverem album; calore auctiore totum avolat et partim sublimatur, partim in Aqua, Acidum carbonicum, Oxidum carbonosum et Acidum formicicum dissolvitur; cum Oleo Vitrioli commixtum et calefactum in aequalia Gas Acidi carbonici et Oxidi carbonosi volumina dilabitur.

— Part. const. Acidi anydri: Carboni 2 et Oxygenii 3 p. M. Acidum crystallisatum 3, et pulvis dilapsus 1 Aquae p. M. continet.

— Magnam habet affinitatem ad bases. Salia oxalica plerumque in aqua insolubilia vel aegre solubilia; solutiones aquosae salium solubilium cum salibus calcariis precipitatum præebent album, penitus insolubile in aqua, soluble solummodo in acidis mineralibus fortioribus. — Vis: temperans, facile autem in dosi mediocri dannifera et celeriter lethalis. — Usus: Medicinalis rarissimus. — Praep.: Limonada, Morsuli. Praecipue ad paranda Salia oxalica, et tanquam reagens inservit. — Sit Acidum purum, supra ut bonaet notae descriptum, decolor, aëre humorem non attrahens, calore non vapores nitrosos emittens et calore aucto penitus in auras abiens.

**ACIDUM PAPAVERICUM** seu MECONICUM. Mohn- oder Mecon-Säure. *Acide papaverique ou meconique.*

Obtinetur in parando Morphio ope Spiritus Salis ammoniaci caustici, vel Sale culinari, aut Calcaria muriatica. Calcaria obtenta papaverica impura Spiritus Vini ope lavatur, tum miscetur cum decuplo Aquae et calida redditur miscella ad summum ad 72° R. usque, admiscetur per vices Acidum Salis, donec penitus sere solutum sit, tunc additur Carbonis Lixivii Sanguinis depurati quantum satis ad decolorandum liquorem, qui adhuc fervens filtratur et refrigeratur. Crystalli micaceae Calcariae bipapavericae abluta solvuntur sufficiente quantitate Aquae ad 72° R. usque calefactae, iterum admiscetur Acidi Salis dimidiuum Calcariae papavericae pondus, inter refrigerandum Acidum papavericum in crystallis secernitur, quod, si adhuc impurum, iterum pari modo tractan-

dum. — Crystallos exhibit micaceas, albas, pellucidas, splendentes, inodoras, sapore per-acido et styptico, temperatura ordinaria aere immutabiles, calore 80° R. in pulverem album fatiscentes; non faciles solitu in aqua frigida, faciliores in aqua servida et spiritu vini. — *Part. const.*: Acidi anydri: Carbonei 7, Hydrogenii 4 et Oxygenii 7 p. M.; crystalli continent adhuc 4 Aquae p. M. — Acidum hoc calore facile immutatur; ad 88° R. usque calefactum, vel si cum aqua ebullit, Acidum carbonicum elicetur et in Acidum metapapavericum, Acid. metameconicum, Metab. Mohns- oder Mecon-Saure, Acide metameconique, abit, granula exhibens alta, in massas subglobosas, duras, concrecentia, quod constat ex Carbonei 6, Hydrogenii 4, et Oxygenii 5 p. M. — Sublimatione Acidum papavericum in Acidum pyro-papavericum seu pyro-meconicum, Pyro-Mohn- oder Mecon-Saure, Acide pyro-meconique, immutatur, crystallos exhibent speciosas, aciculares et foliaceas, vel octaedricas acutas, decolorates, splendentes, sapore acido simulque amaro; faciliores solitu in aqua et alcohol e vini. Salia papaverica (meconica), plerumque solubilia, uti et acida libera cum solutione liquoris ferri muriatici commixta, colorem intense sanguineum assumunt. — *Vis*: anthelmintica (?) an toxicaria? non probabile est. — *Usus*: Apud nos non per se pro medicamento adhibetur. — Ad paranda Salia papaverica, uti et pro reagente, inseruire potest.

ACIDUM PARATARTARICUM, ACIDUM UVARUM. Paraweinsteinsaure, Traubensaure, Saure der Bojejen. *Acide paratartarique, ou de Vosque.* — Obtinetur in præparatione Salis essentialis Tartari ex Tartaro Acidum paratartaricum continent, si muria, ex qua Sal essentiale Tartari secretum est, evaporatur. Crystalli obtentae iterata crystallisatione depurandæ. — Prismata exhibit oblique rhomboidica, vel inaequaliter hexagonalia, planis obliquis excuta, decolora, pellucida, tempore aere subsatisfientia; sapore forti, sed grata acido, Salis essentialis Tartari persimili, quocum hoc Acidum omnino quoad proprietates, *Part. const.* et *Pond. Mixt.* congruit, nisi quod crystalli duas Aquae pond. Mixt. continent, et ad solutionem 6—7 aquae Partes temperatura ordinaria requirunt, porro via humida salia calcaria muriatica, nitrica, imo gypsum uti acidum oxalicum (v. supra) decomponunt. Ceterum salia paratartarica quoque in crystallorum figura a salibus tartaricis analogis discrepant; quare compositiones isomericae sunt. — *Vis*: Salis essentialis Tartari (?) — *Usus*: Per se nondum tanquam medicamentum adhibetur, saepius autem Sali essentiali Tartari admixtum reperitur.

ACIDUM PECTICUM. Gallert-Saure. *Acide pectique.*

Rec. Radicum Dauci recentium quantum vis. Contere et exprime succum, residuum insolubile lava aqua pura et exprime repetitis vicibus, donec materiae solubiles penitus expulsæ sint. Hujus Residui optime eloti Unc. quinquaginta

tere successive cum Aquae destillatae Unc. trecentis, tum adde Kali bicarbonici, antea in sufficiente Aquae quantitate soluti, Unc. duas, coque per quadrantem horae, colla cum expressione; colatura adde sensim solutionem Calcariae muriaticae, quamdiu præcipitatum gelatinosum enascitur, cui, aqua frigida abluto et cum parva Aquae calidae quantitate diluto, admiscetur Acidi Salis quantum sufficit ad solvendam Calcariam, tum refrigeratam Gelatinam aqua frigida edulcora. — Massam exhibet gelatinosam, decolorem, pellucidam, sapore acido, insolubilem in aqua pura, addito autem paullo cujusdam alcali puri, facillimam solutu; solutio liquida acidorum ope iterum sub forma gelatinæ præcipitatur, præcipitatur quoque plurimum salium, spiritus vini, saccharum, et ope. Aqua penitus privatum massam exhibet subpellucidam, subflavescensem. — *Part. const.*: Carbonei, Hydrogenii et Oxygenii (?) *Vis* (?) — *Usus*: Ad parandas gelatinas artificiales et pro antidoto contra metalla nociva preponitur.

## ACIDUM PHOSPHORI. Phosphor-Saure. Acide phosphorique.

*Synon.*: Acidum phosphoricum, Acidum Ossium, Knoden-Saure.

*Rec. Cornu Cervi* iusti albi vel aliorum ossium Cineris (I. 42.) in frustulis Libras sex, Olei Vitrioli anglici puri Libras octo, cum sextuplo Aquae dilutas.

Misce et digere in vase vitro vel lapideo leni calore, donec frustula ossium omnia evanuerint et miscella in pultem homogeneam impalpabilem immutata sit; tum colla cum expressione, edulcora residuum aqua pura et evapora liquorem ad syrapi tenuioris spissitudinem, sepone in locum frigidum, separa gypsum depositum, evapora denuo liquorem clarum in vase porcellaneo, post optimè platineo, fundatur denique igne obscure rubro-candente, donec vapores Olei Vitrioli emittere cesaverint, tum effundit massam super lapidem porphyreum, et refrigerata, statim in vasis optimè

## 24 ACID. PHOSPHORI EX PHOSPHORO — ACID. PYRO-ACETIC.

clausis serva. Habebis massam solidam, decolorem, hyalinam, vitri similem; p. spec. 2, inodorum, sapore peracido, subcaustico, **ACIDUM PHOSPHORI SICUM** seu **GLACIALE** vel potius **ACIDUM PYRO-** seu **PARA-PHOSPHORICUM**, Trockne eisartige Phosphorsäure oder vielmehr Pyro- oder Para-Phosphorsäure, *Acide para-phosphorique*. — Hydratum est Acidi Phosphori. Acidum anydruum ipsum constat ex Phosphori 2 et Oxygenii 5 p. M.; ex aëre humorem attrahit et lente liquescit. — Si solvitur cum triplo Aquae, fit **ACIDUM PHOSPHORI MEDICINALE CONCENTRATUM**, concentrirte wässerige medicinische Phosphorsäure; in decuplo Aquae autem solutum est **ACIDUM PHOSPHORI DILUTUM**, verdünnte Phosphorsäure, *Acide phosphorique diluc.* — Salia phosphorica plerumque insolubilia in aqua; soluta praebent cum solutione sacchari saturni vel salium mercurialium praecipitatum album, cum solutione argenti nitrici praecipitatum flavum, si recenter incandescunt et salia pyrophosphorica exhibent, praecipitatum album. — *Vis:* excitans, analeptica, antisepтика.

Sit acidum purum, decolor, inodorum, concentrati p. spec. sit 1,39 et diluti 1,10; addito alcohole vini quadruplo, vel solutione barytae muriaticae non turbetur et acido hydrothionico minime unquam coloretur.

*Usus:* In solutione diluta, et interne et externe, mixturi admiscetur; ne praescribas cum salibus, quae decomponit. Additur aliis quoque compositionibus et ad parandum Phosphorum (I. 206.) inservit; hunc autem in finem Calcariam continere licet.

**ACIDUM PHOSPHORI EX PHOSPHORO.** Phosphor-Säure aus Phosphor. *Acide phosphorique de Phosphor.*

Rec. Phosphori puri (arsenico liberis) bacillorum quantum vis. Immitte in tubulos vitroes apertos in infundibulo vitro, vase vitro seu porcellaneo superimposito, collocatos; sepone in locum frigidum tutum, apparatu campana vitrea ita tecto, ut aëris aditus non impediatur, donec phosphorus penitus dissolutus sit. Liquori obtento cæfacto immittit per vices Acidi Nitri, quādiu vapores rutilantes enascuntur; tum evapora ad siccum. — Vel solvitur Phosphorus statim in Acido Nitri diluto, immittendo frustula in Acidum ad ebullitionem usque cæfactum, quādiu solvuntur. — Liquor acidus uno altero modo obtentus evaporatione ad siccum ab acido Nitri in excessu liberandus et acidum restans justa Aquae quantitate solvendum. — Parari quoque potest breviori tempore, dum Phosphori frustulum in patra porcellanina, alteri majori imposita, incenditur, statimque campana vitrea satis capax insuper ponitur, et si phosphorus comburi cessaverit, campana per momentum levatur, et si phosphorus iherum flammam concipit, apparatus campana tegitur; operatio continuatur, donec phosphorus aëris aditu non amplius incenditur, tunc novum frustulum immittendum, et, uti memoratum, agendum, quādiu lubet. Acidum cum Oxydo Phosphori denique colligendum, et Acidi Nitri ope, uti in praecedente memoratum, penitus cum Oxygenio saturandum. *Vis et Usus:* Praecedentes. — Plerumque purius putatur hoc acidum et hac de causa praecedentia præfertur Acidum Phosphori, ex ossibus autem solliciter modo memorato paratum minime ei postponendum. Prostat enim in commercio saepius phosphorus arsenico inquinatus. Hoc de causa Acidum ex Phosphoro paratum semper solliciter investigandum. Gas Acidi hydrothionicici introducendo, et miscella in vase clauso ad minimum per 24 horas sepndenda. Si flavum auripigmenti praecipitatum deponit, Acidi hydrothionicici ope penitus deparandum.

**ACIDUM PHOSPHOROSUM** vel potius **PHOSPHORATICUM**, phosphorige oder vielmehr phosphatige Säure. *Acide phosphorique*, obtinetur modo supra memorato, si Phosphorus in tubulos vitroes inclusus lentae et imperfectae combustioni subjicitur. Liquor acidus obtentus servetur usui in vase bene clausis; tractatione cum Acido Nitri omissa. Distinguitur a praecedente præcipue odore debili aliaceo. — Miscella est solutionis aquosae Acidi Phosphori cum Acido phosphoroso. In febribus malignis commendabatur.

**ACIDUM PRUSSICUM** v. Acidum borussicum (p. 15).

**ACIDUM PYRO-ACETICUM** seu **PYRO-LIGNOSUM** v. Acetum Lignorum empyreumaticum (p. 9.).



Taf. 29.



Björck

ACIDUM PYRO-TARTARICUM v. Spiritus  
Tartari.  
ACIDUM SACCHARI v. Acidum oxalicum  
(p. 22.).

### ACIDUM SALIS. Salz- Säure. Acide de Sel.

*Synon.:* Spiritus Salis acidus, Oleum Sa-  
lis, Acidum marinum seu muriaticum, Acidum hydrochloricum seu hydrochlorinicum,  
Acet hydrochlorinicus, Hydrologenium.  
*Salzgeist, Salzöl, Kochsalzsäure, Meersalz-  
säure, Hydrochlorumsäure, Chlorwasserstoffsäure,*  
*salzhafte Säure, Esprit de Sel, Acide marin,*  
*Acide muriatique ou hydrochlorique.*

Rec. Salis communis Libras sex.

In retortam vitream immissis  
affunde

Olei Vitrioli anglici puri Li-  
bras septem,

Aquae Libris tribus dilutas,  
cavens ne collum acido inqui-  
netur. Adaptato recipiente tu-  
bulato satis capaci cum tubulo  
Woulfiano, cujus crus interius us-  
que ad pollicis spatium a fundo  
introducendum, et lagena alta,

Aquae destillatae Libras viginti  
continent, cruri externo ita sup-  
posita, ut fundum paene attingat,  
fiat statim destillatio ex balneo  
arenae, igne primum moderato,  
post gradatim aucto, donec re-  
siduum in retorta siccatum sit, et  
massa prope fundi incipiat. Appa-  
ratu refrigerato exime Acidum et  
serva in vasis vitreis epistomio  
vitreo obturatis. — Liquor lim-  
pidus, odore debili acido, et sa-  
pore peracido acerbo, pond. spec.  
1,06. — Solutio est Gas Acidi Sa-  
lis in Aqua, duodecim procentum  
circiter continens. Acidum Salis  
anydruum ipsum constat ex Chlori  
et Hydrogenii aa 2 p. Mixt. Cum  
liquore argenti nitrici praecipa-  
tum album caseosum praebet in  
aqua et acidis insolubile, solubile  
autem in spiritu salis ammoniaci

caustico; cum liquore hydrargyri  
nitrici oxydulati praecipitatum  
album insolubile quoque uti et  
cum sale quodam plumbico praecipa-  
tum album parum soluble  
format. — Salia exhibit cum ba-  
sibus plerumque solubilia in aqua  
et spiritu vini. Solutiones ad re-  
agentia sese habent uti acidum  
liberum. Evaporata ad siccum  
vel crystallisatione plerumque in  
metalla chlorata convertuntur.—  
*Vis:* excitans, antiseptica, diu-  
retica, alterans, subcorrosiva.

Sit liquor decolor, vel vix flaves-  
cens, pond. spec. memorati. Acidum  
flavum vel fuscum, odore ingratu cro-  
ceo, cum liquore kali ferro-cyanati  
praecipitatum coeruleum, vel cum so-  
lutione barytae muriatae præcipita-  
tum album, in aqua insolubile, praebens,  
vel si adeo acidi hydrothionici  
ope colore fusco-nigro vel flavo colo-  
retur, acido hydrothionico et rectifica-  
tione depurandum.

*Usus:* Interne cum aqua dilutum, vel  
mixturi admisceatur, et externe. Ne  
materiae admisceantur quibuscum pro-  
ductum insolubile praebet (v. supra).  
Inservit etiam ad paranda Salia muri-  
atica et alia praeparata, uti et tanquam  
reagens.

ACIDUM SALIS seu MURIATICUM ALCO-  
HOLISATUM Pharm. Gallicae. *Weingeistige  
Salzsäure. Acide muriatique alcoolisé.* —  
Miscellus est Acidi Salis fumantis Part. unius et  
Spiritus Vini rectificatissimi Part. sex. — ACI-  
DUM NITRICUM ALCOHOLISATUM Pharm.  
Gallie. *Weingeistige Salpeteräure, Acide  
nitrique alcoolisé*, similis miscella ex Acidi  
Nitri p. spec. 1,30 cum Triplo Spiritus Vini  
rectificatissimi.

ACIDUM SALIS DEPHLOGISTICATUM seu  
OXYGENATUM v. Aqua Chlori.

ACIDUM SALIS COMMUNIS DULCE seu  
DULCIFICATUM v. Spiritus Salis dulcis.

ACIDUM SALIS FUMANS, Spi-  
ritus Salis fumans GLAUBERI, Acidum  
muriaticum seu hydro-  
chloricum concentratum. *Rau-  
chende Salzsäure, Glaubers rauchender  
Salzgeist.* (De Synon. v. et praecedens.)

Pari modo uti Acidum Salis paratur. Im-

mittuntur autem in vas excipiens (aqueae frigidæ immersum) quinque tantum Aquæ Librae. — Liquor praecedenti simillimus, plus autem acidus, subcorrosivus, odore pungente, ingrate acido, pond. spec. 1,13; aëre humido nebulae griseo-albidas emitens; epistomia suberina per tempus fusco-nigra colorans. Vix tres Aquæ Partes ad unam Acidì anydry continet. Ceterum quoad proprietas cum praecedente convenit, et Duplo Aquæ dilutum illud supplet.

ACIDUM STIBICUM v. Materia perlata.

ACIDUM STIBIOSUM IMPURUM v. Cinis Antimonii.

ACIDUM SUCCINICUM v. Sal Succini.

ACIDUM SULPHO-VINOSUM v. Elixir acidum.

ACIDUM SULPHURICUM v. Oleum ex Spiritu Vitrioli.

ACIDUM SULPHURICUM seu VITRIOLI ALCOHOLICUM et AROMATICUM v. Elixir Acidum et Vitrioli MYSCHITI.

ACIDUM SULPHUROSUM, SULPHURIS VOLATILE seu VITRIOLI PHLOGISTICUM v. Spiritus Sulphuris per campanam.

ACIDUM TANNICUM v. Tanninum.

ACIDUM TARTARI seu TARTARICUM v. Sal essentiale Tartari.

ACIDUM TARTARI VETERUM = Cremor Tartari.

ACIDUM TARTARI ANTIMONIATUM Pharmac. Bremensis. Weinstinsaures Antimon. oxyd. Oxyde d'Antimoine tartreux.

Rec. Vitri antimonii, Acidi Tartari cristallatis  $\frac{1}{2}$  Unc. duas. Coque cum Aq. destillatae Libris novem per dimidium horae, deinde filtra et sensim lenissimo igne in vase porcellaneo ad siccitatem evapora. Servetur in vitro bene clauso. — Est Antimonium tartaricum impurum. — Vis: emetica. — In modum tartari emeticici, apud nos autem non, adhibetur (v. et Antimonium tartaricum).

ACIDUM TARTARI ARORIUM ROLLINKI.

Rec. Cremor. Tartari Drachm. tres, Bad. Ari Unc. unam, Elaeosachari Cinnamomi Unc. semis, Elaeos. Citri Drachm. duas. Misce.

ACIDUM URO-BENZOICUM v. Acidum hippuricum (p. 19).

ACIDUM VALERIANICUM. Baldrian-Säure. Acide valérianique.

Obtinetur in parando Oleo Valerianæ aethereo tanquam parergon. Aqua Valerianæ calefacta saturetur ope Kali seu Natri carbonici, liquor neuter evaporet, donec paullum tantum remanserit, neque amplius nidores aethereos valerianinos emitat; tunc in retortam immissum admiscatur Olei Vitrioli, antea duplo Aquæ dilutum, quantum sufficit ad decomponendum sal; destillet leni calore, quamdui Acidum oleosum una cum aqua prodit, quod, separatori ope aqua liberatum, in vitro bene obturato servandum. — Liquor oleosus, decolor,

aqua levior, odore fortè pungente, subvalerianino, sapore accrimo-acido, urente, corroden-te, post dulciusculo; volatilis, sine mutatione facile destillatur; facile flammam concipit et olei aetherei instar comburitur. — Part. const. acidi anydry: Carbonei 10, Hydrogenii 18 et Oxygenii 3 p. M.; in statu concentratissimo acidum liberum i adhuc Aquæ p. M. continet. Facile solutu in aqua, temperatura ordinaria 16 partes requirit, cum alcohole vini vel aethere in qualibet proportione commiscibile; insolubile in oleo terebinthinae. — Salia format cum basibus plerumque solubilia, sapore dulci. — Vis: excitans, nervina (?) — Usus: Utli olei Valerianæ. Acidum hoc, sane efficax, per se pro medicamento nondum adhibebatur; medicorum autem attentione omnino dignum! Eundem in finem Salia quoque valerianica investiganda.

ACIDUM VITRIOLI v. Oleum et Spiritus Vitrioli.

ACIDUM ZOOTICUM v. Acidum borussium.

† ACONITUM, ACONITINUM. Acnotin. Aconitine.

Rec. Herbae Aconiti Napelli recenter et solliciter siccatae, grossiuscule pulveratae, quantum vis. Pauxillo Spiritus Vini rectificatissimi humectata et prelo Realiano immissa extrabatur penitus ope Spiritus Vini rectificatissimi. Liquori obtento, claro, admisce Calcis extinctae vigesimam herbae Partem. Post digestionem per viginti quatuor horas, saepius agitans, filtra et adde filtrato per vices Spiritus Vitrioli quantum sufficit ad perfectam saturationem et donec acidum paullum preponderet; filtra, abstrahere Spiritum Vim lenissimo calore ad quartam remanentis Partem usque; admisce residuo dimidiam Aquæ Partem et evapora in vase vitro vel porcellaneo aperto, donec Spiritus Vini omnis in auras abierit; post refrigerationem filtra et liquori filtrato, concentrato, admisce Liquorem Kali carbonici, concentratum, quamdui praecipitatum enascatur, quod collectum inter chartam bibulam pressum et siccatum in Alcoholis Vini absoluti sufficiente quantitate solvendum; filtratae solutioni admisce per vices, semper agitans, Carbonis Lixivii Sanguinis laevigati quantum sufficit ad decolorandum liquorem; iterum filtra, filtrato adde Aquæ purae quantum sufficit, ad lac formandum, quod in aëre libero evaporationi lenissimo calore relinquendum. Si Aconitum adhuc impurum, denuo modo memorato tractandum. Solvi quoque potest in Spiritu Vitrioli diluto, solutioni filtratae admisceri Calx extincta in excessu et extrahi praecipitatum totum Aetheris Vitrioli ope, destillari Aether, residuum solvi in Alcoholis Vini et agi ut supra. — Massam exhibet solidam decolorē et pellucidam, splendens, fragilē, inodorām, sapore ingrato amaro, post acri-gutturali, minime autem caustico-

urente. Difficile est solutu in aqua, temperatura ordinaria 150 et in momento ebullitionis 50 requirit partes; tintura iodi solutionem cum colore rubro-fusco, tintura gallarum cum colore albido valde praecipitat; facile solutu in spiritu vini uti et in aethere. — Part. const.: Carboneum, Hydrogenium, Oxygenium et Azotum, p. M.? Non est volatile, leni calore facile liquefit, calore auctiore destruitur, admissus aëre flammam concipit et penitus comburitur. Salia format cum acidis plerumque incrustabilis, facile solubilia in aqua et spiritu vini. — Vis: Aeonitii (et salium aconiti) summe narcotica, venenata, facillime deleteria. — Usus: In substantia vel solutione, minima dosi cautissime! — Principium hoc nondum per se ut medicamentum receptum, est autem materia Aconiti praecipue medicatrix, quam ob causam in medicinam introducendum et mediorum attentione quam maxime dignum!

ACOR v. quaeque Aceta et Acida quibuscum Synonymus.

ACOUMELI seu APOUMELI = Oxymel.

ADEPS CURA seu PRAEPARATA, ADEPS DAPHNES GNIDII, NITRATE HYDRARGYRI cet v. Axungia Porci (l. 12) et Unguentum.

AËR AZOTICUS et AZOTI OXYDATI v. Gas. + AËR FIXUS, facticius seu mephiticus, Acidum aëreum seu cretaceum, Gas Acidicarbonici, Acidum carbonicum. Fire Luft, Luftsäure, Krebsfärre, fünstliche Luft, Mineralgeist, wilder Geist, Moßgas, Kohlensäure. Aër fixé, Acide aérien ou crayeux, Gas acide carbonique. — Paratur decomposition Salis cuiusdam carbonici, e.g. Cretae, Acidi Salis seu Vitrioli ope. Gas exiens tubuli pneumatici ope in vasis Aqua servida vel solutione concentrata Salis communis repletis excipiendum, quae, optimo obturata, loco frigido asservanda. — Aër decolor, pond. spec., aeris atmosphaericci = i posito, 15,27; odore haud ingratu pungente; colorem tinturat laccae coeruleae in rubrum immutat, qui color aëre atmosphaericō sensim denuo in coerulum reducitur; incombustibilis,flammam extinguit, per se non inhalari potest, et animalia immersa celeriter moriuntur. — Part. const.: Carbonei 1 et Oxygenii 2 p. Mixt. Cum Aqua frigida pressione atmosphaerica ordinaria 1, pressione fortiori 2 — 3 Volumina conjungi possunt, quae autem aëre facile, praecipue calore adjuvante, in auras abeunt. — Salia format cum basibus plerumque insolubilia in aqua, exceptis alcalium purorum; addito acido quodam fortiori Aërem fixum inter effervescentium amittunt. — Vis: sedans, inhalati facile nociva, suffocans. — Usus: Forma balnei Aëris; cum vicenis voluminibus Aëris atmosphaericō commixtus, phthisicis ad inhalandum proponitur; praecipue autem in evolutionis momento interne varia forma sumendus prescribitur (conf. Potio Ricieri, Pulvis Sedlitzensis, Pulvis Sodaee cet. uti et Aqua aërata etc.).

+ AËR HEPATICUS, Mephitis hepatica,

Gas Acidii hydrothionici seu hydro-sulphurati, Acidum hydrothioni, cum gasosum. Hepatische Luit, Schwefelwasserstoff, Schwefelwasserstoffsäure, Hydrothionsäure. Gas hepaticus ou hydrogène sulphure, Acide hydrothionique.

Rec. Ferri sulphurati quantum vis. Grossissimule pulverato affunde Spiritus Vitrioli sextuplum. Introducatur Gas evolvens tubuli pneumatici ope in vasa aqua servida vel solutione concentrata Salis communis repleta uti praecedens. — Servetur in vasis optime obturatis, loco frigido, obscuro. — Aër decolor, p. spec. 1,1805, Aëris atmosphaericci = i positum, odore foetidissimo, hepatico, tinturam laccae coeruleae rubram colorans, qui color aëre atmosphaericō evanescit; facile flammam concipit et cum flamma coeruleo-rubra comburitur, aquam et acidum sulphurosū formans simulque sulphur deponebat. Part. const.: Sulphuris 1 et Hydrogenii 2 p. Mixt. Temperatura et pressione atmosphaerica ordinaria Aqua 2 — 3 Aëris hepatici volumina excipit. — Salia exhibet cum alcalibus decolora, plerumque solubilia in aqua, quae addito acido quodam fortiori Acidum hydrothionicum praebeat. Arsenicum et plurima Salia metallicā ex solutione coloribus distinctis praecipitat. — Vis: inhalati, maxime toxica, parva quantitate facile suffocans, lethalis. — Usus: In tussi pertinaci post peripneumiam, multo cum aëre atmosphaericō commixtus, inhalari proponitur; non nisi maxima prudentia adhibendus. Ad parandam Aquam hepaticam, balnea hepatica et tanquam reagens praestantissimum inservit.

+ AËR INFLAMMABILIS, Hydrogenium, Gas hydrogenium. Brennbare oder inflammable Luft, Wasserstoffgas, Hydrogen, Wasserbase, Gas hydrogène. — Pari modo ac praecedens obtinetur. Ferri autem sulphurati loco Limatura Martis sumenda. Vasa excipientia Aqua frigida repleri possunt. — Aër decolor, levissimus, p. spec., aëris atmosphaericci = i positum, 0,0694, p. Mixt. 6,2393. Si purus, inodorus, plerumque autem odore ingrato praeditus; maxime inflammabilis, et incensus in aëre atmosphaericō cum flamma paullulum lucente comburitur, et Aquam format. — Vis: resolvens, antiparalytica (?), facile suffocans; per se non, multo autem cum aëre atmosphaericō commixtus, sine periculo inhalari potest. Ad vocem clariorem efficientiam quoque sic commixtus inhalari proponitur.

AËR PHLOGISTICATUS v. Gas azoticum. AËR VITALIS, Aër purus seu de-phlogisticatus, Oxygenium, Gas oxygenium seu acoriferum. Lebensluft, reine Luft, dephlogisticirte Luft, Feuerluft, Wasserfärre, Sauerstoff, oder Sauerstoffgas, säurezeugender Stoff.

Oxygène.

Rec. Kali chlorici quantum vis. Immit in retortam vitream vel aereum, vicies saltem voluminis salis capacem, et adaptato

tubulo pneumatico, caute calefac retortam prunarum ope, donec sal fundatur et Aer pulsus, aëre atmosphaericu non inquinatus, sese evolvere incipiat, qui tubuli pneumatici ope in vasis, aqua frigida repletis, excipiendus, et in lagenis optime clausis asservandus. Parari quoque potest ex Magnesia vitriariorum per se ignita in vase ferreo vel fictili loricato, aut commixta cum Oleo Vitrioli et in retorta vitrea calefacta, aut ex Mercurio praecipitato rubro in vase idoneo calefacto, dum Gas expulsum excipiat (quod autem ad usum internum non aptum). — Aer decolor, aëre atmosphaericu paullo gravior, p. spec. ad aëris atmosphaericu = 10:9; inodorus et insipidus: corporum combustionem sustentat, quae plerumque in hoc aëre cum nitore splendidissimo comburantur; multiplex enim est ejus affinitas, et saepissime ad plurima corpora, praincipue temperatura elevata, potentissima, cum iis acida, bases, et conjunctiones indifferentes, quam maxime diversas, formans; inhalari potest, et ad vitam necessarius est; p. Mixt. = 100. — Vis: pulsum incitans et calorem augens; si autem in nimia quantitate inspiratur, facile noxia, inflammatione cet. efficiens. — Usus: Spirari proponitur adhuc calidus praincipue in asphyxia, porro in asthmate et atenia pulmonum cum hydrope cet; semper autem circumspecte applicandus! — Sit purus, proprietatis memoratis praeditus; cum duobus aëris inflammatib; voluminibus commixtus et in euodiometro scintillae electricae ope incensus, penitus evanescere debet.

AERIS SQUAMAE v. Squamae Aeris.

AERUGO RASILIS USTA. Gebrannter Grünspan. Vert de Gris comburé.

Uritur Aerugo in patina fictili, donec penitus in pulverem griseo-nigrum abiit; abluitur primum Aceto, deinde Vino, denique Aqua Rosarum et siccata servatur. Est Cuprum oxydatum. Vis et Usus: Sequentis.

AES USTUM. Gebranntes Kupfer. Cuivre brûlé. Aeris laminae stratificator Sale culinari atque in crucibulo probe lutato caementantur per duodecim horas vel usque dum friabiles existant, quae in pulverem tritae ad usum repoununtur. — Aliae Pharmacopoeae. v.g. Pharcmae. Palatina Salis culinaris loco pro luhitu Sulphur quoque praescribunt. — Aliae cum utroque junctum parandum praescribebant. Ceterum modus tractandi idem est; massam relictam autem aqua calida edulcorandam adhuc proponunt. — Pulvis griseo-nigrescens; si minus comburebatur, rubicundus, triturando coloreni cinnabarinum assuavus; edulcoratus, insipidus. Maxima ex parte ex Cupro oxydato, vel minus combustus, oxydulato, constat; priori modo paratus Cupri chlorati, posteriori, Cupri sulphurati partes continent. — Olim ut exsiccans, mundificans, externe, praincipue in ulceribus, adhibebatur. Addebatur emplastris et unguentis. Praeparatum rubrum partim praeferebatur nigro. — Hodie vix adhibetur. — Nomine Aeris usti Plumbum ustum quoque (v. infra) intelligebatur.

AETHER ACETICUS, FORMICUS, MURIATICUS, NITRICUS, SULPHURICUS cet. v. quaeque Naphthae.

AETHER ACETICO-ALCOHOLICUS, CUM CANTHARIDE, FERRATUS seu MARTIATUS, AETHER MURIATICO-, NITRICO- et SULPHURICO - ALCOHOLICUS v. Liquor, Spiritus et Tinctura.

AETHER AMMONIACATUS, CUPRI, IODATUS, MARTIATUS, MERCURIALIS, NITRICO-TEREBINTHINATUS, PHOSPHORATUS, ZINCI cet. v. Naphthae.

AETHER OLEO-SULPHIROSUS, PYROACETICUS et PYRO-LIGNICUS v. Oleum Vini et Spiritus.

AETHER SULPHURICUS ACIDUS, CUM ALCOHOLE AROMATICUS, DIGITALIS, OXYDULATO-FERRATUS cet. v. Elixir, Naphtha et Tinctura.

AETHEROLEUM = Oleum aetherium.

AETHEROLEUM FORMICICUM. Amiesen-Aetherol. — Obtinetur in conficiendo Acidu Formicaru artificiali (p. 18), dum Liquor acidus cum Alcali quodam saturatur et destillatur. — Liquor oleosus, odore amygdalino et cintamo-meo. — Medicorum attentione dignum.

AETHIOPS ALCALISATUS cum CRETA, vel cum MAGNESIA v. Mercurius alcalisatus.

AETHIOPS ANTIMONIALIS, Aethiops antimonialis HUXHAM, Aethiops antimonato-mercurialis, Hydrargyrum stibato-sulphuratū nigrum, Hydrargyrum sulphurato-stibiatū, Sulphuretum Hydrargyri et Stibii nigrum, Sulphuretum Hydrargyri nigrum et Stibii Bav. Sulphuretum Hydrargyri stibiatū, Mercurius cum Antimonio. Spiegelglanzmohr, Schweifspiegelglanz-Quecksilber. Aethiops antimonal ou de MALOUIN, Oxide de Mercurie sulphuré antimonial.

Rec. Antimonii crudi alcoholisati Uncias duas, Mercurii vivi puri Unciam unam. Terrantur sedulo et diu in mortario lapideo late et satis capaci ope pistilli, subtus parum convexi, donec globuli mercurii penitus evanescant. Serva. — Pulvis subtilissimus griseo-niger, homogeneus, ponderosus, globuli mercurii vel sub lente non conspiciuntur. — Part const. ex praescriptione patent. — Vis: alterans, resolvens, in exanthematicis et glandularum morbis, anthelminthica. — Usus: In pulvere, pilulis, electuario, parva dosi. — Dispensatorii Brunsvicensis, Lippiaci, Pharmac. Danicae et Helveticæ formula cum hac congruit. — Pharmac. Bavarica et Rossica paria Antimonii crudi et Mercurii vivi

pondera terendo commiscenda praescribunt. — Lewis formula eadem est, nisi quod Antimonium crudum, antea pari pondere Salis culinaris mixtum, igne liquefacendum, post refrigerationem a scoria salina sedulo liberandum, praescribit. — Pharmac. Austriaca 1820. Pharmac. Borussica, Slesvico-Holsatica, Hannoverana, Hassiae, Saxonica, Polonica ad Antimonii crudi Part. duas, Part. unam Sulphuris et tantundem Mercurii praescribunt. — Pharm. Bremensis ad 4 Mercurii 3 Antimonii crudi et 1 Florum Sulphuris praescribit. — Dispensatorium Fuldense 3 Antimonii, 3 Mercurii vivi et 2 Florum Sulphuris praescribit. — HUXHAM praescribit ad 3 Antimonii, 4 Mercurii et 2 Sulphuris. — Pharmac. Fennicae formula eadem est. — Pharmac. nosocomii Ficinensis praescribit ad 3 Antimonii crudi, 2 Mercurii et 2 Sulphuris. — SCHLEGEL et WIEGLES ad 4 Antimonii, 2 Mercurii et 1 Sulphuris. — VAN MOSS praescribit ad 11 Antim. crudi, 19 Merc. et 3 Sulph. partes. — Idem ad AETHIOPEM ANTIMONIALEM VIA HUMIDA parandum praescribit Sulphuris 3, et Antimonii crudi alcoholatis 11 partes in Lixivio caustico, 11 Kali caustici siccii partes continente, caloris ope solvi, et solutio filtrata diluta cum Liquore Mercurii nitrici oxydati commisceri, donec praecepsit nigrum non amplius appareat, quod, optime edulcoratum et lenissimo calore siccatum servandum. — AETHIOPS ANTIMONIALIS cum KERMETE sec. VAN MOSS paratur triturando Mercurii Part. 7 cum Kermetis mineralis Part. 2. — AETHIOPS ANTIMONIALIS OXYDULATUS seu REDUCTUS sec. TADDEI et RENNIE paratur terendo Aethiops mineralis Part. 5 cum Antimonii Oxyduli via humida parati Part. 1. — AETHIOPS ANTIMONIALIS Pharmac. Lusitanicae triturando Mercurii Part. 3 cum Sulphuris Antimonii praecipitati Part. 2 obtinetur.

**AETHIOPS AURIPIGMENTALIS. Opermentum Mohr. Ethiops d'Orpiment.**

Rec. Mercurii vivi Unc. unam, Auripigmentum Unc. duas. Tritura ad perfectam extinctionem usque.

AETHIOPS CUPRI. Rupfer-Mohr. Ethiops de Cuivre. — Parari fertur e Cupro carbonico cum Mercurio vivo. Praescriptio non satis definita. — In epilepsia commendabatur.

AETHIOPS GRAPHITICUS. Graphites hydroargyratus. Reiskele-Mohr. Ethiops de Graphite.

Rec. Mercurii vivi Unc. unam, Graphitae puri pulverati Unc. duas. Tritura ad perfectam extinctionem usque.

**AETHIOPS MARTIALIS. Eisen-Mohr. Ethiops martial.**

Synon.: Aethiops martialis seu ferricus LEMERYI, Ferrum oxydulatum nigrum, Fer-

rum oxydo-oxydulatum, Oxydum ferroso-fericum, Oxydum Ferri nigrum. Schwarzes Eisenoxyduloxyd. Oxyde de Fer noir, Fer noir calciné.

**Rec. Limatura Martis purissimae Libras decem.**

Superaffunde in patina figulina ampla

Aquae purae quantum sufficit ad tegendam limaturam; stent per breve tempus, et saepius spatula ferrea agitantur; tunc patinam successive declivem tene, donec aqua superflua defluxerit. — Massa humida mox per se calefit, tunc per vires agitatur, addendo subinde pauxillo Aquae, ut semper humectata restet. Diebus quatuor circiter elapsis, si colorem nigerrimum assumserit, pulvis subtilissimus nigerimus elutriando cum aqua pura a limatura immutata separandus, celeriterque subsidendo, decanthando et exprimendo, aqua, quantum fieri potest, liberandus, denique Alcohole Vini humectandus, iterum exprimendo inter chartam bibulam et aere sicco magnopere extensus, calore haud, vel saltem lenissimo tantum, adhibito, celeriter penitus exsiccandus, statimque in vase bene obturato asservandus. Limatura restans iterum eadem ratione tractari potest, donec maxima pars in Aethiopem immutata sit. — Pulvis subtilissimus, solutus, nigerimus, insipidus, magnetis vi obediens, in acidis fortioribus sine effervescentia penitus dissolubilis, solutionem virescente-flavam praebens. Est Ferrum oxydo-oxydulatum. — Vis: tonica, resolvens, sanguificationem depravatam corrigen.

Sit aethiops supra ut bonae notae

descriptus, in acidis facillime solubilis, solutio acida, addito acido hydrothionico non coloretur; pulvis fuscescens vel adeo ponderosus, in acidis partim tantum solubilis, rejiciatur.

*Usus:* In pulvere, pilulis, electuario.

Secundum LEMERY sic paratur: Limatura Martis immittitur in vas vitreum aut fictile amplum, superfunditur Aquae pluvialis quantum satis, ut 4—6 digitorum crassitatem obtegat, vas apertum saepius agitur et aqua evaporata semper restituitur; post aliquot septimanias, si satis pulveris nigerrimi ortum, separatur a limatura inalterata et siccatur cante et celerime, ut supra memoratum. Productum hoc rite paratum omnino cum descripto convenit. — Plures Pharmacopoeiae hanc methodum sequuntur, ut Pharmac. Gallica, Hispanica, Lusitanica, Suecica, SPIELMANNICET.

Pharmac. Borussica praescribit Crocum Martis aperitivum cum Oleo Olivarum terendo humectandum, ut fiat pulvis humidiucus, qui in ollam griseam immissus et obiectus per horam dimidiam igne incandescat. Massa refrigerata nigerrima, rejecta superiore parte coloris minus obscuri, teritur in pulverem subtilissimum. — Pharmac. Austriae, Bavariae, Hannoveranae, Hassiae, Saxonicae, Oldenburgo-  
nicae, Polonicae, Rossicae, Fennicae, Genevensis praescriptiones in capite rei cum hac congruant, nisi quod passim Olei Olivarum loco Oleum Lini proponunt, quocum Crocus Martis ad pullem spissam usque humecatur. — Pharmac. Batava et Belgica praescribunt Limaturam Martis in crucibulo ad ruborem usque calescendi et subinde Aquae pauxillo adspersendum, spatula ferrea agitando, donec in massam nigrum et opacam sit conversa, quae, adhuc calida trita, per cribrum trajecta, servanda. — Pharmac. Gallica Crocum quoque Martis cum  $\frac{3}{8}$  Aceti destillati commiscendum et in retorta fictili loricata gradatim ad incandescentiam usque destillandum proponit. — BRUGNATELLI proponit super Crocum Martis in vase fictili angusto et profundo, calesfacto, per vices Alcohol Vini immittendum et deurendum, donec massa restans colorem nigrum assumserit.

Paratur quoque, Ferri Fila vel Limatura in tubo ferreo vel porcellaneo ad rubedinem usque calesfacto, Aquae vaporibus exponendo, donec Gas Hydrogenii non amplius evolatur.

Parari quoque potest ita, ut Crocus Martis adstringens, cum tertia Parte Limature Martis alcoholisatae triturando intime mixtus, in vase clauso per horam incandescat. — Pharmac. Ferrariensis et aliarum praescriptiones in

summa rei cum hac congruant. — THENARD proponit Limaturam Martis, cum Aqua humectata, cum decima sexta Aquae Fortis Parte inspergandam et porro agendum uti in principio doctum est.

Pharmac. Dublinensis et Edinburgensis praescribunt squamas ad fabrum incedes reperiendas Magnetis ope a scorpiis aliisque partibus heterogeneis separandas et in pulverem subtilissimum redigendas.

## AETHIOPS MINERALIS. Mineralischer Mohr.

### *Ethiops mineral.*

*Synon:* Aethiops mercurialis seu narcoticus, Mercurius sulphuratus seu cum Sulphure, Hydrargyrum sulphuratum nigrum, Hydrargyrosum hydro-sulphuratum, Sulphureum Hydrargyri seu hydrargyricum nigrum, Sulphureum Mercurii nigrum. Schwarzes Schwefel-Quecksilber, schwarzer Quecksilber-Mohr. *Ethiops mercuriolou narcoticus*, Sulphure noir de Mercure, Mercure ou Hydrargyre hydrosulphure.

Rec. Mercurii vivi,

Florum Sulphuris aa Uncias duas.

Misce, tere in mortario lapideo ampio pistilli ope, basi dilatata parum convexa praediti, sedulo, strenue et diu, calore non adhibito, donec Mercurii globuli penitus evanuerint. — Parari etiam potest, data occasione, miscellam in vitrum ad dimidium tantum impletum et obturatum, in scatula scobis ope dense inclusum, immissam, trabimolae servientis tabulis faciendis adligatam, tam diu agitando, donec in pulverem nigerrimum redacta sit. — Pulvis ater, ponderosus, subtilissimus, insipidus, calore penitus volatilis, qui aëre adjuvante simul cum flamma sulphurosa comburitur, insolubilis in aqua et acidis dilutis, solvit autem ebulliendo in lixivio caustico concentrato. — Constat ex Mercurio sulphurato nigro cum Sulphure in excessu mixto. — *Vis:* alterans, resolvens, antisyphilitica, vermifuga.

Sit pulvis nigerrimus, velutinus; globuli mercurii oculo armato non

conspicui: calefactus totus in auras abiens; cum lixivio caustico in excessu coctus penitus vel fere penitus solubilis, minime autem in cinnabarum abiens.

*Usus:* In pulvere, pilulis, electuário, parva dosi.

HARRIS praescribit Mercurium primo cum duodecima parte Sulphuris ad extinctionem usque terendum, tunc alteram partem duodecimam et postremo successive reliquum Sulphurum addendum.

Pharmac. Wirtembergica, Palatina et Dispensatorium Brunsvicense, uti et Pharm. Helvetica, ad tres Mercurii Part. duas solummodo Sulphuris praescribunt. — Pharmac. Austriaca, Gallica, Hispanica, Rossica, SIELMANNUS secundum ELLERUM ad duas Mercurii unam Sulphuris Part. praescribunt.

AETHIOPS MINERALIS FUSIONE PARATUS. Mineralischer Mohr durch Schmelzen bereitet. *Ethiops mineral par fusion.* — Paratur Sulphur leni calore in vase fistili vel ferreo liquando et Mercurium calefactum sensim sub perpetua agitatione spatulae ope immitten- do; miscella tunc teritur pistillo, donec Mercurius cum Sulphure unitus sit, in quo cavendum, ne flammam concipiatur, quod si accidit, vas statim ab igne removendum et bene tegendum. Massa refrigerata tritura- rando in pulverem subtilissimum redigitur. — Sic Pharmac. Batava et Suecica aequales Mercurii et Sulphuris partes fusione jungi praescribunt. — Pharmac. Ferrariensis ad tres Sulphuris duas Mercurii partes praescribit.

AETHIOPS MINERALIS VIA HUMIDA PARATUS. Mineralischer Mohr auf nassem Wege bereitet. *Ethiops mineral par la voie humide.* — Paratur secundum Configuraci et Taddei Farmacopoeam generalem Mercurium vitriolatum, aqua ablatum, cum pari pondere Florum Sulphuris mixtum, suffi- ciente quantitate Liquoris Hepatis Sulphuris kalini in parvis portiunculis addendi lenissimo calore adhibito terando, donec pulvis nigerrimus ortus sit, qui aqua sedulo edulcoratus et siccatus usui servatur.

AETHIOPS MINERALIS TRITURATUS DU- PLUS. Doppelter mineralischer Mohr. *Ethiops mineral tritare double.* — Obtinetur secundum VAN MOSS Pharmac. usuelle triturando Sulphuris Part. unam cum dimidia et Mercurii Part. novem.

AETHIOPS MINERALIS OXYDULATUS. Drydulirter mineralischer Mohr. *Ethiops mineral oxydulé.* — Paratur secundum VAN MOSS Pharmac. usuelle Sulphuris Part. tres, Mercurii Part. undeviginti et Mercurii praecipitati rubri Part. viginti et semis tritura- rando intime miscendo.

AETHIOPS MINERALIS PRAECIPITATUS seu NARCOTICUS v. Pulvis hypnoticus.

AETHIOPS MINERALIS AURATUS, HYDRARGYRUM SULPHURATO-STIBIATUM AURANTIACUM. — Paratur terendo miscellan ex Part. aequalibus Mercurii et Sulphuris au- rati Antimonii.

AETHIOPS PLATINAE. Platin-Mohr oder Platin-Schwarz. *Ethiops de Platin.* — Para- tur coquendo Platina muriatica Part. 16 in solutione Salis Sodaee crystallisatae Part. 48; addendo Sacchari albi Part. 4, per quadrantem horae in cucurbita vitrea, evitando contac- tum materiae cuiuscunquam organicae, siccandus. — Pulvis nigerrimus ponderosus, inodorus et insipidus; pressione nitorem metallicum as- sumens. — Est Platinum pulverulenta. — Vapores Spiritus Vini cum Aere atmosphaerico commix- tos in Acidum aceticum converit. — Ad parandum Acetum radicale (p. 11) et concentratum (p. 6) inservire potest.

AETHIOPS PLUMERI v. Pulvis alterans.

AETHIOPS SACCHARATUS et TARTARI- SATUS v. Mercurius saccharatus et tartarisatus.

AETHIOPS PER SE. Mohr für sich bereitet. *Ethiops per se.* — Paratur conquassando Mer- curium (impurum) in lagena ampla, vel tri- turando cum aqua. Pulvis, a Mercurio vivo separatus, siccetur et servetur. — Praeparatum impurum, merito jam dudum exolevit.

AETHIOPS VEGETABILIS, Pulvis Quercus marinae. Vegeta- bilischer Mohr. *Ethiops végétal.*

Ree, Fuci marini vesicularis seu Quercus marinae vesiculas habentis (I. 210) quantum placet. Incidatur et in crucibulo intra prunas ardentes collocatum, opereu- loque postea ad tegendum injiciatur. Massa ope fistulae tabacariae argillaceae, ut aequaliter candefiat, agitetur; si fumus sur- gere cessat, relinquitur massa aequaliter candens, tecto crucibulo per quadrantem horas; tunc refrigerata exime, contere et serva in vasis bene clausis. — Pulvis ni- gerrimus, sapore subsaldo et hepatico. — Est Carbo cum Chlorureti, Iodureti et Sulphureti Alcalium mixtus. — Vis: re- solvens, alterans; in morbis glandularum, scrophulis, strumis cet. commendatur. Ho- die immerito rarissime adhibetur, quam- quam efficax et Spongiae combustae passim praferendus.

AETHIOPS VEGETABILIS, OPIUM TOR- REFACTUM, PULVIS STAGNOTICUS Pharm. Ferrarini. — Paratur Opium crucibulo vitreato calefacto immittendo; sub agitatione adspergitur pluries Vinum album; refrigeratum et pulveratum comburitur, simulque denuo hu- mectatur Vino; ad dimidium pondus redacto, additur Acetum acerrimum, deinde siccatur massa. — Apud nos praeparatum ineptum non adhibetur.

AGARICUS PRAEPARATUS seu TROCHIS- CATUS v. Trochisci.

## AGEDOÏDES v. Asparagium.

ALBUMEN ALUMINOSUM seu COLLYRIUM ALBUMINOSUM AUGUSTINI, Coagulum Aluminis officinale. Grauantes Ciweiß. Albumine alumineuse.

Rec. Aluminis pulverati Grana octo, Albumen Ovi Numero unum, Aquae rosar. Unc. unam. Conquassentur optime. — REUS et FERBARTINI ad Albumen N° unum Aluminis Drachm. et Aquae Rosar. vel Sambuci Unc. unam prescribunt. — Conf. quoque Aqua ophthalmica, Collyrium et Linimentum aluminosum.

## ALBUMEN SPIRITUOSUM. Weingeistiges Ciweiß. Albumine spiritueuse.

Rec. Albumina N° duo, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. unam. Misce ad linimentum.

ALCALI AMMONIACALE seu AMMONIACUM ACETATUM, AQUOSUM, CAUSTICUM, SPIRITUOSUM, SUCCINATUM, FLUOR LE SAGE, VOLTATHE cet. v. Spiritus MINDERERI, Salis Ammoniaci aquosus, causticus, vinosus, Cornu Cervi succinatus, Sal Alcali volatile.

ALCALI MINERALE seu FIXUM MINERALE, ACETATUM, CAUSTICUM, PHOSPHORATUM, VITRIOLATUM v. Sal Soda, Terra foliat. Tartar. cryst., Lixiv causticum minerale, Sal Alcali min. phosphor., Sal mirab. GLAUBERI.

ALCALI TARTARI = Sal Tartari.

ALCALI VEGETABILE ACETATUM et AERATUM v. Terra foliata Tartari et Cineres clavellati depurati.

**ALCALI VEGETABILE  
CAUSTICUM SICCUM.  
Trockenes ätzendes Pflanzen-  
Laugensalz. Alcali végétale  
caustique sec.**

Synon.: Alcali causticum, Alcali fixum vegetabile causticum, Causticum salinum, Alcali vegetabile purum, Sal Alcali vegetabilis causticum, Sal Tartari causticum, Sal Fontanellae causticum siccum, Itali purum, Itali hydratum, Kalium oxydatum, Oxydum Itali seu Potassii, Hydras Itali seu kalicus, Hydras Potassae. Trockenes Alkalii, Alkaliflasz, ätzendes oder kaustisches Alkalii, Kalihydrat, kaustische Potassa, kaustisches Weinsalz, Fontanellenflasz, Potasse pure ou caustique, Sel de Tartre caustique, Hydrate de Potasse.

Rec. Lixivii caustici, vegetabilis, puri, quantum vis.

Evapora cito, probe bulliendo, in catino argenteo seu ferreo,

donec calore obscure rubro-candente olei instar fluat; tum esfunde, adhuc calidum dfringe, et frustula statim in vase optime clauso serva. — Massa dura, fragilis, si pura, candida, plerumque autem cinerascens, passim subferruginea, opaca, structura fibrosa, p. spec. 1,706; inodora, sapore acerrimo-alcalino, caustico; calore obscure rubro-candente funditur, et igne fortissimo in auras abit.

— Constat ex aequalibus Kali et Aquae pond. Mixt. — Ex aere humorem attrahit et deliquescit, facillime solubilis in aqua uti et in spiritu vini, simul aestum movens. — Maximam plerumque affinitatem ad acida habet. Salia kalina omnia solubilia sunt in aqua, si neutra, solutiones non admodum dilutae cum acido tartari praecipitatum album, crystallinum, cum platino muriatico et natro carbo-azotico praecipitatum flavum praebent. — Vis: maxime caustica, incitans, incidens, diuretica, lithontriptica.

Sit massa supra ut bonae notae descripta, facillima solutu in aqua et alcoholi vini; si solvitur, ferri oxydati vestigia solummodo deponens; cum acido nitri non, vel paullum tantum, effervesces, minime autem floccos gelatinosos secernens; solutio saturata addito argento nitrico vel baryta muriatica non admodum turbetur.

Usus: Externe per se ut causticum applicatur, vel solutum in balneis, fomentis et injectionibus; interne multa cum aqua, mucilagine cet. dilutum, caute! — Praep.: Tinctura kalina. Ad multa alia quoque praeparata inservit.

ALCALI VEGETABILE seu FIXUM, TARTARISATUM, VITRIOLATUM v. etiam Lapis causticus, Lixivium causticum, Sal Tartari, Tartarus tar-  
tarisatus et Arcanum duplicatum.

ALCALI VOLATILE, ACETATUM, TARTARISATUM v. Sal et Spiritus Salis Ammoniaci, Spiritus MINDERERI et Tartar. solub. ammoniacalis.

ALCOHOL idem quod Pulvis subtilissimus.

ALCOHOL seu ALCOHOLATURA v. Elixiria spirituosa, Spiritus et Tincturae spirituosae.

ALCOHOL ACETI v. Acetum radicale (p. 11).

ALCOHOL AETHEREUS FERRATUS, MU-RIATICO-, NITRICO-, SULPHURICO-AETH-REUS, v. Tinct. Bestuschetti, Spiritus Salis et Nitri dulcis, Liq. anod. Hoffm.

ALCOHOL ALBUMINOSUM seu CUM AL-BUMINE v. Albumen spirituosum (p. 32).

ALCOHOL AMMONIAE, FERRATUM, PHOSPHORATUM v. Spirit. Salis Ammon. vinosus, Tinet. Martis, Spirit. Vini phosphoratus.

ALCOHOL ODONTALGICUM seu AETHER ODONTALGICUS SWEDIAURS Zähnwch-Geist oder Aether. *Alcool nitrique de Camphre.* — Mixtio est Olei Camphorae acidi Part. unius cum Naphtha Nitri Part. duabus. — VAN MONS Olei Camphorae acidi Part. unam cum Spirit. Vini rectificassimi Part. tribus commisceri proponit.

ALCOHOL SULPHURIS v. Sulphureum Carbonei.

ALCOHOL VINI, ALCALISATUM cet. v. Spiritus Vini.

ALEXITERIUM ACETICUM v. Liquor. et Sal.

ALEXITERIUM AMMONIACALE v. Sal volatile anglicum.

ALEXITERIUM CHLORICUM seu DESINFECTANS v. Fumigatio desinfectans seu GUTTON-MORVIANA et Fumigatio GAUBIANA.

ALEXITERIUM NITRICUM v. Fumigatio SMITHIANA.

ALIMENTATIO ANTISCORBUTICA GUITONI.

Rec. Pomorum terrestrium (I. 284) vaporum ope coctorum Part. mille, Pulveris Chiae optimae Part. sexaginta, Syrupi Sacchari Part. quinquaginta, Aquae Part. mille. Fiat massa.

ALKAHEST GLAUBERI — Liquor Kali carbonici.

ALKALI = Alcali.

ALKERMES seu ALCHERMES v. Confectio.

ALOË DEPURATA, LOTA seu PRAEPARATA v. Extractum Aloës.

ALOË INSUCCATA. *Eingekochte Aloë.* Aloë cuit. — Paratur uti Extractum Aloës, nisi quod Aquae loco Succus Florum 4 cordialium sumendus.

ALOË INSUCCATA TARTARISATA. *Eingekochte Aloë mit Weinstein.* Aloë cuit avec

*du Tartre.* — Miscella est Aloë insuccatae Part. trium cum Cremoris Tartari Part. una.

ALOË ROSATA. *Mit Rosenaufguß eingekochte Aloë.* Aloë cuit avec l'infusion des Roses. — Pari modo cum Infuso Rosarum paratur.

ALOË VIOLETA. *Mit Veilchenaufguß eingekochte Aloë.* Aloë cuit avec l'infusion des Violettes. — Simili methodo cum Infuso Florum Violarum paratur.

ALPHENIC v. Saccharum hordeaceum.

ALTHAEINUM v. Asparaginum.

ALUMEN DEPURATUM seu ALUMINIS PURIFICATIO Pharinac. Londinensis. — Paratur coquendo paulisper Aluminis crudi Unc. duodecim et Cretae Drachm. unam cum Aque destillatae Unc. duodecim, colendo et seponendo liquorem, ut fiant crystalli.

ALUMEN DRACONISATUM, FEBRIFUGUM seu TINCTUM MYSICHTI, SPECIFICUM HELVETI. *Alaun mit Drachenblut.* *Alun dracosé ou teint.*

Rec. Aluminis communis Unc. duas, fluant in cochleari ferreo et mos adde Sanguinis Draconis pulverati Unc. unam; agitando misce; probe mixta ab igne remove; rite pulversanda. — SPIELMANNUS et alii ex massa adhuc calida Pilulas exiguae parandas praescibunt. — Pharmaco p. pauperum Hamburgensis prim. edit. praescribit Alumen cum Sanguine Dracon. in Aque fontanae. q. s. solvi, et crystallisi (?) — Pharm. Bateana: Aluminis Unc. tres in Aq. Card. benedict., Sang. Draconis probe tinctae ac filtratae, Libra una semis solvi et ad siccitatem exhalari praescribit.

ALUMEÑ FAECUM = Cineres clavellati crudi.

ALUMEN KINOSATUM v. Pulvis stypticus.

ALUMEN SACCHARINUM BRASSAVOLI, ALUMEN DULCE. *Maunzucker.*

*Sucre d'Alun.*

Rec. Aluminis crudi Unc. sex, Cerussae Venetae albae Drachm. sex, Vitrioli albi Drachm. tres, Sacchari albi Canariensis Unc. unam semis; fiat pulvis omnium subtilissimus. qui Albumine Ovorum et Aceti destillatae aequali portione in mellis liquidi consistentiam diluat, probeque agitatus formis chartaceis, parvis, conicis infundatur et siccatur. — *Usus:* In collyriis et cosmeticis. — Secundum aliam praescriptionem Aluminis et Sacchari albi Part. aequales cum Albumine ovi commiscentur et in formas conicas rediguntur, quod ad Decocci ZATTMANNI compositionem requiritur. — Alii solummodo Alumen crudum cum sufficiente quantitate Aquae Rosarum et Albuminis in panes parvos redigendum proponunt. — Pharm. Bateana suadet, Alumen ter in aqua solvi et coagulari ut dulcescat (?)

## ALUMEN USTUM. Gebrannter Alraun. Ahn brûlé.

*Synon.:* Alumen calcinatum seu exsiccatum, Alumen spongiosum. Ralcinirter oder ausgetrockneter Alraun, schwammiger Alraun. *Alun calciné* (de ceteris synon. conf. Alumen crudum l. 4).

Rec. Aluminis crudi quantum vis.

Liquefiat in crucibulo seu olla fictili nova, satis capaci, leni calore, qui gradatim, sed non nimis, augendus, donec omnis aqua in auras abierit. Exponatur residuum post refrigerationem per aliquot menses aëri, dum saporem assunserit et penitus sit solubilis in aqua. — Massa albissima, levissima, spongiosa, arida; sapore peradstringente (de ceteris proprietatibus conf. Alumen crudum (l. c.)).

— Est Alumen Aqua privatum. —

*Vis:* maxime styptica, mundificans.

Sit Alumen leve, supra ut bonae notae descriptum; insipidum autem vel parum stypticum, in aqua ex parte tantum solubile, est aut recentius paratum, tunc diutius reponendum, aut nimis ignitum et partim decompositum, quod rejiciendum.

*Usus:* In pulvere externe. Emplastris quoque et unguentis additur.

ALUMINA seu ARCILLA ACETICA, Acetas Aluminiae. Essigsaure Alraunerde oder Thonerde. *Acetate d'Alumine.*

Rec. Aluminia hydratae quantum vis. Solve in Aceti concentrati quantum satis. Filtra et evapora lenissimo igne ad Gelatinæ consistentiam. Serva. — Liquor subgelatinosus, limpidus, difficile in crystallos aciculares abiens, sapore perstyptico-dulciculoso, aëre humorem attrahens, facilmente solubilis in Aqua; calore facile decomponitur. — In gonorrhœa chronica, haemoptysi cet. commendatur. Inservit etiam tanquam reagens in Kali.

ALUMINA seu ARCILLA HYDRATA, Terra alumina pura, Alraunerde- oder Thonerde. Hydrat. *Hydrate d'Alumine.*

Rec. Aluminis puri quant. vis. Solve in Aquæ calidae Decuplo et instilla Olei Tartari per deliquium diluti, quantum sufficit ad decomponendum Alumen; digere per aliquot tempus, filtra, edulcora præcipiatum Aqua fervida. Tunc solve in Acido Salis diluto, præcipita

Spiritus Salis Ammoniaci caustici ope, iterum edulcora præcipiatum Aquæ fervidae ope et sicca leni calore. — Massa albissima terra, tactu pinguis, friabilis, insipida, linguae adhaerens, insolubilis in Aqua, calore facile Aquam amittit. Solubilis in Acidis fortioribus, et Salia format passim solubilia, passim insolubilia in aqua; solubilia sapore gaudent styptico, dulciculoso-acido, alcalium ope facile decomponuntur; solutiones concentratae addito acido sulphurico et kali præcipiatum præbent crystallinum (v. Alumen l. 4). — Ad paranda Salia aluminica inservit.

ALUMINA seu ARGILLA SULPHURICA. Schwefelsaure Alraun- oder Thon-erde. Sulphate d'Alumine. — Obtinetur solvendo Aluminam hydratam vel digerendo Argillam puram nativam, ferri expertem, in Acido sulphurico, et evaporando solutionem saturatam, filtratam, ad syrapi consistentiam. — Liquor spississimus, perstypticus; difficile in crystallos foliacos abiens, facilmente solubilis in Aqua; igne decomponitur (conf. etiam articulus præcedens). — Pari modo atque Alumen vel Alumina acetica adhiberi potest. Ad parandum Alumen quoque inservit.

ALUMINATUM sec. Pharm. Bateana coquendo Aluminis Unc. semis cum Succi Limoni Libra una ac despumando obtinetur.

AMALGAMA AURI. Gold-Amalgam. *Amalgama d'Or.*

Rec. Auri foliati et Mercurii vivi  $\frac{1}{2}$  Part. aequales. Misce terendo exactissime. — Cum Axungia mixtum illinari proponitur.

AMALGAMA STANNI v. Pasta jovialis.

AMBRA GRISEA REDUCTA. Reducitur graue Ambra. Amber-Rügeln. *Tablettes d'Ambre gris.*

Rec. Nucum Behen, Spermatis Ceti  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Benzoës, Rad. Irid. florent., Amyli  $\frac{1}{2}$  Unc. septem, Asphalti Unc. unam, Moschi Drachm. quatuor, Ambra grisea Unc. sex. Misce, fiant cum sufficiente quantitate Mucilaginis Gummi Tragacanthæ Trochisci.

AMMONIA ACETICA, MURIATICA, PURA LIQUIDA cet., v. Spiritus Mindereri, Sal Ammoniac., Spirit. Sal. Ammoniac. caustic. cet.

AMONIAE ACETAS, CARBONAS, CAUSTICAE AQUA, LINIMENTUM cet. v. vocabula primo casu posita et conf. artic. præcedens.

AMONIACA, AMONIACUM seu AMMONIUM ACETICUM LIQUIDUM, CARBONICUM, CAUSTICUM LIQUIDUM, MURIATICUM, PRAEPARATUM, NITRICUM, SULPHURICUM, TARTARICUM cet. v. Liquor, Sal et Spiritus.

AMONIACUM seu GUMMI AMONIACI PRAEPARATUM sive purificatum, idem quod Pulvis Ammoniaci. — Hyeme Ammoniacum in massis

solummodo in pulvrem redigi potest. Ammoniacum electum, siccum temperatura ordinaria quoque triturari licet. — Alii Ammoniaci depurationem efficiunt, in Aceto solvendo, colando, et Acetum leni calore dissipando. Melius autem sit, si Ammoniacum in minima Aquae vel Spiritus Vini quantitate leni calore solvit, colatur, et colatura lenissimo igne ad extracti spissitudinem evapatur.

AMMONIAS CUPRICUS v. Tinct. veneris volatilis.

AMMONIUM CITRATUM v. Potio diaphoretica.

AMMONIUM seu AMMONIACUM FORMICUM, Formicas Ammonii seu ammonicus. Ameisenfaures Ammoniaf. — Paratur saturando Acidum formicum (p. 18) cum Spiritu Salis Ammoniaci caustico seu Sale Alkali volatili, et evaporando liquorē lenissimo calore ad crystallisationis momentū. — Crystallos exhibet prismaticas rectangulares, decolorē, sapore pungente, salso, aere immutabiles, faciles soluto in aqua. — Constat ex Ammoniaci et Acidi formicici aequalibus p. Mixt. — Calore 144° R. in Acidum Borusicum et Aquam decomponitur. — Vis: (?) Nullus effectus toxicus Acidi borussici similis in eo conspicuus. — Sed medicorum attentione dignum!

AMMONIUM HYDROTHIONICUM, HYDROTHIONOSUM et SULPHURATUM v. Liquor et Spiritus BEGUINI.

AMMONIUM MURIATICUM MARTIATUM v. Sal. Ammoniac. martiat.

AMMONIUM OXALICUM, Oxalas Ammoniae seu ammonicus. Kleesfaures Ammoniaf. Oxalate d'Ammoniaque. — Paratur, dum Acidum oxalicum, in Aqua solutum, cum sufficiente quantitate Salis Alcali volatilis vel Spiritus Salis Ammoniaci caustici perfecte saturatur, et liquor limpidus ad crystallisationem evaporatur. — Prismata exhibet recte rhombica, longa, hyalina, fasciculatum concreta, sapore pungente salso. — Constat ex Ammoniaci, Acidi oxalici, et Aquae aequalibus p. Mixt. Aëri sieco expositum fatiscit; temperatura ordinaria 28 aquae part. ad solutionem requirit; insolubile in alchole vini. — Calore volat et decomponitur; praeter alia producta, compositum peculiare, Oxamid quod nominatur, praebet, materiam albam granulosocrystallinam, inodoram et insipidam, vix solubilem in aqua, ex Carbonei 2, Hydrogenii 4, Oxygenii 2 et Azoti 2 p. Mixt. constantem. Acidorum fortiorum vel Alcalium fixorum et Aquae ope calore rursus in Ammoniacum et Acidum oxalicum convertitur. — Vis: (?) an toxicā (?) — Usus: tanquam Reagens.

AMMONIURETUM AURI v. Aurum fulminans.

AMMONIURETUM CUPRI v. Cuprum ammoniacale.

AMMONIURETUM HYDRARGYRI seu MERCURI. Quecksilber Ammoniaf. Ammoniure de Mercure.

Rec. Mercurii praeципitati rubri alcoholisati Unc. duas, Spirit. Sal. Ammoniaci concentrati Unc. unam. Mixta in vitro bene obturato conctiantur fortiter; reponantur per horas aliquot. Hoc continuetur, donec massa adspectum crystallinum prae se ferat et odor ammoniacalis parum percipiatur, decanthesetur fluidum, lavetur residuum aqua frigida, siccatur et servetur loco frigido obscuro. — Vis: dissolvens. — Usus: Externus in exostosisibus et tophis resolvendis praedicatur. — BRUGNATELLI et FERRARINI Mercurium praecipitatum album in Spiritu Salis Ammoniaci caustico dissolvendum praescribunt.

AMMONIURETUM ZINCI ? Zinc. Ammoniaf. Ammoniure de Zinc.

Rec. Oxydi Zinci, ex Zinco acetico ope Spiritus Salis Ammoniaci caustici obtenti, optime eduleorati, adhuc humidi, quantum vis. Solve in sufficiente quantitate Spiritus Salis Ammoniaci caustici et sepone liquorē clarum in vase aperto ad evaporationem spontaneam. Hac methodo et aliis a VAN MONS propositis nihil aliud nisi Zincum oxydatum hydratum obtineatur. — Apud nos non adhibetur.

AMULETA, Anhängsel, olim inepte plura tanquam medicamenta adhibebantur, dudum autem merito exoleverunt.

AMYGDALAE AMARAE PRAEPARATAE v. Phyllides amarae.

AMYGDALINUM. Amygdalin. Amygdalarum amararum, post olei pinguis expressio- nem remanentes, Spiritus Vini rectificatissimi ope, destillando spiritum, solvendo residuum in Aqua et crystallisando filtratum; crystalli obtentia iterata crystallisatione depurandae. — Prismata exhibet parva, decolora, nitentia, vel lamellas micaceas; inodoras, sapore pri- mum dulciusculo, post peramaro, non volatiles, faciles soluto in aqua sine alteratione, minus in Alchole Vini, in Aethere non. — Productum peculiare, Azotum continens. — Vi venenata Acidi Borussici non praeditum. Medicorum attentione dignum.

AMYLUM HORDEI v. Farina praeparata.

ANACOLEMMA FRONTALE SCHROEDERI.

Rec. Mastich., Olibani, Myrrae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam semis, Bol. Armen., Pulv. Laterit.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis, Croci Scrup. unam. Cum Albumine Ovi, Ol. Rosat. et pauillo Aceti fiat Frontale.

ANIMA RHEI v. Tinctura.

ANIMA VITRIOLI MYSNICKI — Caput mortuum Vitrioli.

ANISUM LAXATIVUM et SOLUTIVUM v. Confectio et Morsuli.

ANODYNUM MINERALE et SPECIFICUM PARACELSI v. Nitrum antimoniatum et Guitae nigrae.

## 36 ANTIDOTUS ESDRAE — ANTIMONIUM DIAPHORETICUM

ANTIDOTUS ESDRAE, HAEMAGOCUM,  
MATHIOLI cet. v. Electuarium.

ANTIEPILEPTICUM CERVINUM v. Pulvis.  
ANTIFEBRILE CONCHARUM Pharm Batean.

Rec. Conchar. q. vis. Alfunde Aceti q. satis  
et macera per horas 24. Abrade mucorem ex-  
ternum, essice et pulvera, instillato saepe  
inter pulverandum Aq. card. bened. Cochli.  
unum, quo pulvis volatilis retineatur. Exsicca  
ad Usum: — Praeceptum ineptum.

ANTIHECTICUM GRIFFITHI v. Remedium.  
ANTIHECTICUM POTERII seu DIAPHORE-  
TICUM JOVIALE. Poter's Schwindfucht-  
pulver. Antihecticque de Poter.

Rec. Reguli Antimonii simplicis Unc. sex,  
Stanni anglici Unc. duas. Fundantur in cruci-  
bulo, fusa effundantur, terantur in pollen  
et cum Nitri puri probe siccata Uncis viginti  
quatuor mixta, in crucibulo detonentur. Re-  
frigescant; massa alba, coerulecescens, iterum  
teratur et sufficiente quantitate aquae purae ca-  
lidæ edulcoretur, tandem aqua copiosa dilata-  
tur, ut ponderosior pars fundum petat, levior  
autem, cum aqua, per inclinationem vasis  
ab illa separari queat. Pulvis subtilior ita pa-  
ratus eluat, leni calore siccetur et usui ser-  
vetur. — Pulvis albus insipidus. Miscella est  
Stanni oxydati et Antimonii diaphoretici abluti  
(v. infra). — Olim hecticis ad moderandos su-  
dores commendabatur. Dudum autem exolevit.

ANTIMONII BUTYRUM, CALX,  
CLYSSUS, VITRUM cet. v. vocabula  
primo caso posita.

ANTIMONIUM CATHARTICUM WILSONI.  
Rec. Vitri Antimonii pulverisati Unc. qua-  
tuor. In retortam immisis superinfunde pede-  
tentim Olei Vitrioli Unc. duodecim, fiat de-  
stillatio; residuum lava, donec omnis acoris  
expers sit; scca et tum pulvera cum Salis mi-  
rabili GLAUBERI aequali Pondere, Arcani du-  
plicati Pond. dupliciti. Miscella in crucibulum  
immissa diffusit leni igne per quartam horae  
partem; pulverata lavetur et siccetur residuum.

ANTIMONIUM CHLORATUM seu  
MURIATICUM, et sub-muriati-  
cum v. Butyrum Antimonii et Pulvis  
ALGAROTHI.

ANTIMONIUM CRUDUM ARTIFI-  
CIALE PURUM, Stibium sulphu-  
ratum nigrum artificiale. Min-  
nes künstliches Schwefelspießglanz. An-  
timoine pure factice.

Rec. Reguli Antimonii puri Uncias viginti.  
Sulphuris citrini puri Uncias undecim.  
Intime mixta et in crucibulum immissa strato  
Salis communis bene siccata crassitie polli-  
cis tege et igni expone, ignemque ita intende,  
ut crucibulum per semihoram candescat.  
Tum crucibulum exime, et hoc refrigerato  
et diffracto, massam cohaerentem chalybeo-  
griseam, splendentem ac radiosam a scoria  
et Stibio, si adest, separa et serva. De pro-

prietatibus, vi et usu conf. I. 7. Deficiente  
Antimonio crudo puro emali hoc sumi  
debet.

ANTIMONIUM CRUDUM CERATUM pa-  
ratur uti Vitrum Antimonii ceratum (v. infra).

**ANTIMONIUM CRU-  
DUM PRAEPARATUM.**  
Präparirtes rohes Spieß-  
ganz. Antimoine cru pre-  
paré.

Synon.: v. I. 7.

Rec. Antimonii crudi purissimi  
pulverati quantum vis.

Misce et agita cum copiosa  
Aquaquantitate; concessa pau-  
lisper quiete, liquidum superna-  
tans effunde in vas idoneum et  
sepone. Crassiorem pulverem resi-  
duum denuo tritum iterato eodem  
modo tracta et e collectis liqui-  
dis subsidentes pulveres tenuis-  
simos siccatos serva. — Vis et Usus:  
v. I. 7.

Sit pulvis impalpabilis, opacus, ne sub-  
lente quidem particulas metallice splen-  
dentes conspicuas exhibeat. — De puritatis  
investigatione v. pars prior loco citato.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM,  
Antimonium diaphoreticum  
simplex seu album, Antimo-  
nium calcinatum, Calx Antimo-  
nii alba seu mitis, Cerussa  
Antimonii, Stibium seu Anti-  
monium oxydatum album, Acidum  
stibiosum et stibicum, Kali stibioso-stibicum, Sti-  
bium diaphoreticum, Stibium  
calcinatum album seu perfecte  
oxydatum, Oxydum Stibii al-  
bum mediante Nitro confe-  
ctum, Antimonium ustum cum  
Nitro, Terra Antimonii alba.  
Schweifstreibendes Spießganz, voll-  
förmner Spießganz-Kalk, antimon- und  
antimonichtfaures Kali. Antimoine dia-  
phoretique, Oxyde d'Antimoine blanc,  
Cerusse d'Antimoine.

Rec. Antimonii crudi puri seu Mineræ  
Antimonii purissimæ Libram semis, Nitri  
depurati Libras duas. Pulverata, exacte  
mixta et probe siccata, injiciantur cautis.

sime per vices in crucibulum amplum, pru-nis circumdatus et modice candens. De-flagratione peracta in igne detineatur massa molles per horam, saepius agitando et sub-limatas forte partes crucibili parietibus ad-haerentes sedulo toti massae admiscendo, cavendo tamen, ne liquet aut quidquam carbonum pulveris incidat; tunc eximatur et refrigerata servetur statim in vasis bene clausis — Habebis ita ANTIMONIUM DIA-PHORETICUM NON ABLUTUM, seu NI-TRATUM, Stibium oxydatum album non ablutum. Ungemachenes schweifstreibendes Spiegelganz. *Antimoine diaphoretique non lavé.* — Massam exhibet albam, si vero Antimonium crudum impurum, plus minus flavescentem, fuscescente-virescentem vel coerulecentem, sapore alcalino-caustico, ex aere humorem attrahentem. — Paratur ex eo AN-TIMONIUM DIAPHORETICUM ABLU-TUM, Pulvis Antimonii albus, Calx Antimonii lata, Kali stibios o-sti-bicum acidum, Superstibium ka-licum. Gewachenes schweifstreibendes Spiegelganz, faures antimonit- und antimonsaures Kali *Antimoine diaphoretique lavé eet. (v. supra)*, dum Aqua frigida supera funditur et pulvis subsidens repetitis vicibus edulcoratur, donec plane insipidus restet. — Pulvis albus insipidus, insolubilis in aqua, aegre solubilis in acidis, non volatilis; igne non nisi fortissimo funditur. — Miscella est Kali stibios et Kali stibici acidi. — *Vitis*: diaphoretica, absorbens (?), resolvens, expecto-rans. — *Usus*: In pulvere, pilulis, elec-tuario. Inservit etiam ad parandum Regu-lum Antimonii purum et Antimonium oxy-datum. — Sit pulvis albus, insipidus, qui leni igne nec fundatur, nec volatilis sit; cum liquore ammonii hydrothionici com-mixtus, colorem kermetinum non assumens, cum acidis non effervesces.

*Pharmac. Borussica, Silesico-Holsatica et TADDET* suadent massam de-tonatam cum Aqua destillata infundi, tum tam-diū Spiritum Vitrioli instillari, donec hic ali-quantulum praevaleat, deinde digeri et pulverem edulcorari. — Pulvis hoc modo obtentus minus Kali continet. — Aliae *Pharmacopoea* quoad pro-portionem passim inter Antimonium et Nitrum discedunt et ad 4 Antimonii crudis 8—9—10—16 Nitri Partes praescribunt. Productum autem rite paratum rappe a descripto non discrepat. — *Pharm. Gallica* prescribit Regulum Antimonii cum aequali Pond. Nitri commis-cendum et detonandum et massam relictam aqua edulcorandam.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM JOVIA-  
LE = Antiheticum Poterii (p. 36).

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM MARTIA-  
LE. Eisenhaltiges schweifstreibendes Spiegel-ganz. *Antimoine diaphoretique martial.* seu KEUPIL.

Rec. Limatura Martis, Antimonii crudi pul-verati  $\frac{1}{2}$  Unc. octo. Mixta immittantur in cru-cibulum candens, agitentur baculo ferreo,

dum in scorias mixtura abiisse videatur, quae accurate contrita et cum Nitre purissimi et sic-cissimi triplo mixta, in crucibulo candente detonetur et, post lenem calcinationem, in aquae tepidae sufficiente copia solvatur, quo facto, subsidebit pulvis e luteo-fuscus, qui ad-dita copiosa aqua, diluatur, ut levior et sub-tilio a graviori separetur, quem edulcoratum atque leni calore siccatum serva. — Olim ca-hecticis et ictericis laudabatur. — Hodie ex-levit.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM RU-BRUM v. Regulus Antimonii medicinalis

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM SOLARE ZWEFERI. Goldhaltiges schweifstreibendes Spiegel-ganz. *Antimoine diaphoretique solaire.*

Rec. Reguli Antimonii purissimi Unc. duas, Auri fini et puri Drachm. duas. Fundantur in crucibulo igne forti, illoco effundantur. Post refrigerationem terter miscella cum Nitre pu-rissimi Unc. una et Cremoris Tartari Drachm. quinque. Mixta detonatur paullatim in cruci-bulo candente. Refrigerata massa, denuo cum Nitre Unc. una et Cremor. Tartari Unc. semis commiscetur et detonatur, quod tertia vice repetendum. Tunc massa, in pulverem redacta, optime aqua edulcoratur et pulvis residuus in crucibulo aperto igne moderato per 3 ad 4 ho-ras calcinatur. Sic efficitur pulvis subflavus, elegans. — Jam dudum exolevit.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM TARTA-RISATUM = Materia perlata.

ANTIMONIUM FUSUM = Antimonium crudum.

ANTIMONIUM MEDICAMENTOSUM v. Re-gulus Antimonii medicinalis.

ANTIMONIUM MURIATICUM seu SALI-TUM v. Butyrum Antimonii

## ANTIMONIUM OXYDA-TUM. Spiegelganzord. *Oxide d'Antimoine.*

*Synon.:* Calx Antimonii, Stibium oxyda-tum griseum, Antimonium seu Stibium oxy-dulatum purum, Oxydum Antimonii, Stibii seu stibicum. Reines Spiegelganzordul. *Protoxyde d'Antimoine.*

Rec. Reguli Antimonii alcoholi-sati Uncias octo,

Acidi Nitri concentrati Uncias novem,

Aquae destillatae Uncii sexa-ginta dilutas.

Mixta digere in cucurbita vitrea calore 55—60° R., vas subinde agitans, donec evolutio Gasis Acidi nitroso desierit et massa re-

## 38 ANTIMON. OXYDAT. FUSCUM — AQUA ABSINT. COMPOS.

stans colorem cinereo-albidum assumserit, quae, affusa Aqua, et post aliquot horarum moram liquore claro decanthato, sedulo Aqua destillata edulcoranda, deinde cum

Salis Sodaee Uncia una, in Aquae destillatae sufficiente quantitate soluta, per semihoram decoquenda, tunc denuo Aquae destillatae ope penitus edulcoranda, siccanda et caute servanda. (Pari modo parari potest, tractando Antimonium sub-sulphuricum (v. infra) vel Pulverem ALGAROTHRI cum Sale Sodaee vel Sale Tartari et Aqua.) — Pulvis albidos, vix cinerascens vel flavescentia, ponderosus, insipidus, fere insolubilis in aqua; igne obscure rubro-candente facile funditur, igne auctiore avolat, nebulas albas inodoras formans, et sublimatione crystallos aciculares nitores sericeo exhibens. — Part. const.: Antimonii 2 et Oxygenii 3 p. Mixt. — In acidis plerumque facile solvitur, salia format decolora vel flavescentia, si solubilia, magna aquae copia in sal acidum et sal basicum insolubile decomponuntur; acidi hydrothionici ope colorem fusco-rubrum seu aurantiacum assumunt. — Vis: emetica.

Sit pulvis albidos, insipidus, supra ut bonae notae descriptus, qui calore facile fundatur, volatilis, nebulas inodoras, nequitiam suffocantes, vel adeo alliaceas emittens; ammonii hydrothionici ope statim in frigore colorem kermetinum assumat; pulvis, qui igne non funditur, vel addito ammonio hydrothionico colorem non immutat, rejiciatur.

Usus: Per se vix pro medicamento, praecipue ad parandum Tartarum emeticum, adhibetur.

ANTIMONIUM OXYDATUM FUSCUM v. Crocus Metallornm.

ANTIMONIUM SUB-SULPHURICUM, Stibium subsulphuricum, Subsulphas Antimonii seu stibicus. Basisch schwefelsaures Antimonoxyd, oder Spiegelglanzoxydul. Subsulphas d'Antimoine.

Rec. Reguli Antimonii subtilissime pulverati Uncias quatuor, Olei Vitrioli Uncias tres. Misce, calefacie leni igne in cucurbita vitrea, donec residuum colorē cinereo-album assumserit; superaffunde caute Aquae destillatae Uncias quadraginta, agita miscellam saepius sedulo, postea liquorem claram decantha, et residuum bene edulcora, quod siccatum serva. — Pulvis ponderosus, cinereo-albidus, fere insipidus et insolubilis in aqua (de reliquis Salium Antimonii proprietatibus conf. articul. praeceas). — Vis: emetica. — Usus: Ad parandum Oxydum purum et Tartarum emeticum

ANTIMONIUM SULPHURATUM et BI-SULPHURATUM v. Antimonium crudum (l. p. 7). et Sulphur auratum Antimonii.

ANTIMONIUM TARTARICUM PURUM, Tartras Stibili seu Antimonii, Proto-Tartras Antimonii. Weinstaufures Spiegelglanzoxyd. Tartrate d'Antimoine.

Rec. Antimonii oxydati puri quantum vis, Salis essentialis Tartari in sufficiente Aquae quantitate soluti quantum satis ad perfectam saturationem. Evaporet in balneo Mariae ad siccum, pulveratum in lagena bene clausa serva. — Part. const.: ex descriptione patent. — Vis et Usus: Tartari emetici. — Conf. quoque Acid. Tartari antimonii. Pharm. Brém. (p. 26). — Apud nos pariter non adhibetur.

ANTIMONIUM USTUM CUM NITRO vid. Antimonium diaphoreticum.

ANTIMONIUM VITRIFICATUM seu VITRIFACTUM v. Vitrum Antimonii.

ANTIQUARTIUM RIVERI v. Calomel.

APOZEMA v. Decocum.

AQUA ABROTANI. Stabwurzfräut-Wasser. Eau d'Auronne. Paratur uti sequens.

AQUA ABSINTHII. Wermuth-Wasser. Eau d'Absinthe. — Paratur ex Summatibus Absinthii uti Aqua Chamomillae v. infra.

AQUA ABSINTHII COMPOSITA. Zusammengesetztes Wermuth-Wasser. Eau d'Absinthe composee.

Rec. Radicum Calami aromatici, Galangae, Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Cort. rec. Aurantium, Cinnamomi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Herb. Absinthii Unc. sex, Herb. Menthae, Salviae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Cardamomi minoris, Nuc. Moschatae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Macidis Unc. semis, Spirit. Vini simplicis Unc. trecentas quinquaginta sex. In-

cisis et contusis superfundatur Spiritus et fiat destillatio lego artis. — Ut stomachicum, antitolicum, carminativum, hystericum, febrifugum, anthelminticum, cet. magnopere laudatur. — Hodie apud nos vix adhibetur.

**AQUA ACACIAE seu ACACIARUM FLORUM.** Schlehenblüthe-Wasser.

*Eau de Fleurs de Prunier sauvage.*

Rec. Florum Acaciarum recentium quantum vis. In vesicam destillatoria immisum superaffunde Aquae Triplum, et destillatione igne moderato elice Sesculum Florum. — Dispensatorium Fuldense prescribit Flores Acaciarum recentes in sacco lineo ampio laxe includi et saccum in vesica destillatoria quadruplum. Aquae continentem ita suspendi, ut Aquam ipsam non attingat, tum, adaptato alembico cum refrigeratorio, Duplum Aquae florum adhibitorum elici. — Melius autem procederet operatio in apparatu BENEDICTIANO (Confer. Aqua Chamomillae cet.). — Serva usui loco frigido obscuro. — Sit limpida, odoris grati Florum; inodora autem vel acida aut putrida, floccosa, viscosa, rejiciatur.

**AQUA ACETATIS AMMONIAE v. Spiritus MINDERERI.**

**AQUA ACETATIS PLUMBI v. Aqua vegetomineralis GOULARDI.**

**AQUA ACETOSAE. Sauerampfer-Wasser. Eau d'Oseille.**

Rec. Herbae Acetosae recentis quantum placet. Incisae affunduntur Aquae fontanae duplum Pondus, et post macerationem horarum duodecim igne moderato, destillentur prope duo Trientes, vel donec liquor stillans justam quantitatem servet. — Nonnullae Pharmacoacopœiae Aquae fontanae loco Succum ejusdem Plantæ expressum sumi proponunt — Olim humectandi, diluendi, refrigerandi causa adhibebatur. Hodie merito exolevit, cum ex herba inodora nihil efficax elici possit.

**AQUA ACETOSELLAE. Sauerflee-Wasser. Eau d'Alleluja.** — Pari modo ac praecedens ex Herba recenti Acetosellæ paratur. — Non minus merito exolevit.

**AQUA ACIDI CARBONICI seu ACIDULATA v. Aqua aërata.**

**AQUA ACIDI CARBONICI CAMPHORATA v. Aqua aërata camphorata.**

**AQUA ACIDI NITRICI DILUTI v. Limonada nitrosa.**

**AQUA ACIDI SULPHURICI DILUTI v. Limonada mineralis.**

**AQUA ACIDULA HYDROSULPHUROSA v. Aqua Neapolitana.**

**AQUA ACUSTICA. Ohrenweh-Wasser. Eau acoustique.**

Rec. Radic. Cyperi rotundi, Iridis florentinae, Levisticæ, Valerianæ  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Herb. Majoranae, Origani, Anthos, Rutæ, Salviae, Serpilli, Flor. Lavendulae, Sambuci  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Sem. Coriandri, Foeniculi, Rutæ., Bac-

car. Juniperi, Lauri  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Rad. Cepae incisarum Unc. duas semis, Castorei Drachm. duas. Incisa et contusa immittantur cucurbitæ vitreae et superaflundantur Aquæ epilepticae LANGII, Spiritus Baccar. Juniperi  $\frac{1}{2}$  Unc. quinque, Succi Raphanorum Libr. una semis. Digerantur per biduum, postea additis Cinerum clavellatorum Drachm. quatuor, Salis Ammoniaci Drachm. duabus, Camphoræ Drachm. una, Aquæ fontanae quantum sufficit ad præcavendum empyreuma, destillentur ex cucurbita vitrea et liquoris spirituosi volatilis Unciae sedecim polliciantur, queæ in vase probe clauso asservandæ. — Crassos humores, nervos et meatus auditorios obstructos attenuare atque tympani atoniae roborando mederi credebatur, si in frusto panis recentis, adhuc calidi auribus vel gossypio aliquot guttae exceptæ immitterentur.

**AQUA ACUSTICA Léonovici. Ludwig's Ohrenweh-Wasser. Eau acoustique de Louis.**

Rec. Rad. Levisticæ, Valerianæ, Herb. Anthos, Flor. Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Bacc. Lauri, Castorei, Camphoræ  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Spirit. Juniperi Unc. duodecimi. Incisa, contusa, macerantur per quadratum, tunc addatur Spirit. Salis Ammoniaci Unc. semis, Olei Juniperi Drachm. semis. Omnia probe mixta asservantur usui. — Vis et Usus: Praecedentis, sed pariter hodie vix adhibetur. — Pharm. Palatinæ a Spirit. Salis Ammoniaci loco Salis Ammoniaci Unc. didimiam et Salis Urinæ volatilis Drachmas duas prescribit.

**AQUA ADSTRINGENS v. Aqua Aluminosa BATEANA et Aqua ophthalmica coerulea.**

**AQUA AËRATA, Aqua Aëris fixi seu Aqua acidula simplex, Aqua Acidi carbonici, Aqua carbonica seu carbonata. Sauerwasser, einfaches fohlsensaures Wasser. Eau acide simple, Eau gazeuse simple.**

Introducatur Aër fixus ex Creta, Mar more cet. mediante Spiritu Vitrioli elicitus (p. 27) in lagenas Aqua fontana pura frigida repletas (commodissime in apparatu WOULFLANO), donec non amplius absorbeatur. — Parari etiam ita potest, ut lagenæ aëre fixo replete, orificio non clauso, in vas Aquam puram frigidam continens invertantur et loco frigido seponantur, donec lagenæ Aqua replete sint. — Pharm. Suecia a Aquam cum quinta Glaciei Parte commisceri praescribit et in apparatu idoneo cum Aëre fixo, aëris atmosphaericæ experte, tamdiu quassari, quam Aër fixus ab aqua absorbetur. — Pharm. Gallica praescribit Aërem fixum anthliae ope comprimendo ad doliorum Aqua destillata fere plenum adaptatae in dolium adigi, ea copia, quæ in aëre libero quinques Aquæ mensuram aequare valeat, et per viginti quatuor horas pressioni exponi. — Aqua quoconque modo parata tunc statim in lagenas antea frigefactas, quæ suberibus selectis rite obtu-

## 40 AQUA AËRATA ALCALINA — AQUA ALEXITERIA

rentur, immittitur. Subera vinculo apto lagenis infixa in resinam Pini, cum Bovis Tauri, Sebo sexta parte commixtam, supra ignem liquefactam immerguntur et loco frigido asservantur. — Aqua est acidula, refrigerans; odore et sapore grata pungente Aëris fixi. — *Vis:* reficiens, antisepatica, diuretica, lithontriptica, sedativa. — *Usus:* In potionē. — Aqua satua, Acidō carbonico egens, rejiciatur.

**AQUA AËRATA ALCALINA** seu **Aqua mephitico-alcalina** **Pharmac.** Suecicae, **Aqua carbonata alcalina**, **Aqua lithontrip-tica**, **Potio alcalina**, **Aqua kalina carbonata**, **Aqua Supercarbonatis kalici** seu **Oxy-carbonatis aciduli Potassae** seu **FALCONERI**. **Kalihaltiges** **föhls-fäures Wasser**. **Eau mephitique alcaline ou de FALCONER**, **Potion alcaline, Eau alcaline gazeuse**.

Rec. Salis Tartari Uncias tres. Solve in Aquae fontanae quantitate, quae, dum Aëre fixo sec. regulas positas (v. praecedens) perfecte saturata est, pondus quinquaginta sex Librarum habeat Servetur uti praecedens. — **Pharmac. Danica** ad Kali carbonici Drachmas duas Aquae aëratae libram praescribit. — **Pharm. Hispanica** ad Alcali vegetabilis perfecte saturati Drachm. tres Aquae aëratae Libras duas et Hexsy et Guinour ad Bicarbonatis kalici Gran. octoginta Aquae acidulae simpl. Unc. viginti praescribunt. — **Pharm. Fennica** Salis Tartari Drachm. tres in Aquae destillatae Uncii octo et octoginta solvi et solutionem Aëre fixo saturari praescribit. — **Pharm. Edinburgensis** ad unam Salis Tartari 120 Aquae partes praescribit, quae Aëre fixe saturandae. — **Pharm. Amstelodamensis**, **BRUGNATELLI**, **CADET de GASSICOURT**, **RENNIE** et **SWEDIAU** formulae in capite rei cum hac congruunt. — *Vis:* incitans, digestiva, lithontriptica; in morbis lymphaticis quoque laudatur.

**AQUA AËRATA CAMPHORATA** seu **Aqua Acidī carbonici camphorata**. **Gefamphertes** **föhls-säures Wasser**. **Eau acideule camphrée**.

Rec. Aquae aëratae Libr. duas, Camphorae tritae Grana sex. Agita in vaso clauso per intervalla ad Camphorae solutionem et serva uti praecedentem. — **BRUGNATELLI** et **SWEDIAU** ad Libr. Aquae aëratae, Camphorae Drachmam praescribunt, quod nimium.

**AQUA AËRIS FIXI MARTIALIS** v. **Aqua Chalybeata**.

**AQUA AETHHEREA CAMPHORATA**, **Aether sulphuricus camphoratus aquosus**. **Gefamphertes** **Aether-haltiges Wasser**. **Eau étherée camphrée** sec. **VAN MONS Ph. us.**

Rec. Camphorae Part. unam, Naphthae

Vitrioli Part. tres. Dissolve et adde Aquae Part. quinquaginta; misce bene agitando. — **BRUGNATELLI** in **Pharm. generali** et **CADET de GASSICOURT** in **formulaire magistral** ad Camphorae Part. unam eandem quantitatem Naphthae Vitrioli et quinquaginta sex Aquae partes praescribunt. — **SWEDIAU** in **Pharm. universali** ad unam Camphorae tres Naphthae Vitrioli et viginti quatuor Aquae Part. praescribit.

**AQUA AGRIMONIAE** **Ödermennig-Wasser**. **Eau d'Aigremoine**. — Paratur ex Herba recenti florente cum Radice, superaſſundendo Duplum Aquae et duas tertias partes destillando.

**AQUA ALBA PRO PUERIS** D. ANDR. DORETTI. **Weißes Knaben-Wasser**. **Eau blanche pour les Enfants**.

Rec. Aquae Cerasorum nigr. Libr. duas, Aq. Flor. Tiliae, Scabios. aa Libr. unam, Margarit. ppt. Scrupul. octo. Corn. Cerv. ust. ppt. Scrupulos sedecim, Sacchari Candi albi Scrupul. triginta duos. Misce exactissime.

**AQUA ALBERTI MAGNI**. **Albertus Mag-nus** **Wund-Wasser**. **Eau d'ALBERT le Grand**.

Rec. Sacchari Candi albi, Vitrioli albi aa Unc. unam, Vitrioli de Cypro ad albedinem calcinati Unc. semis, Croci Grana triginia. Pulverisata infundatur per 12 horas in Aquae communis Libr. duabus. Filtretur liquor.

**AQUA ALCALINA GASOSA** v. **Aqua Soda**.

**AQUA ALCALINA OXYMURIATICA** v. **Aqua JAVELLI**.

**AQUA ALEXIPHARMACA ZWELFERI**. **Zwelfer's Gift-Wasser**. **Eau Alexitere de ZWELFER**.

Rec. Rad. recent. Angelicae, Levisticæ, Enulae aa Unc. tres, R. Zedoariae, Ostruthii, Contrajervae aa Unc. unam semis, Herb. rec. Rutæ, Scordii aa Unc. octo, Melissæ Unc. sex, Sem. Rutæ rec. Unc. tres, Bacc. Juniperi Unc. quinque, Lauri Unc. duas, Cort. Aurant. rec. Unc. tres, C. Citri rec. Unc. quatuor, Cinnamomi Unc. duas, Macid. Unc. unam, Caryophyllorum Unc. semis. Inc. et cont. superaſſundatur in eucurhite vitrea Vini albi Libr. sex. Facta digestione fiat destillatio ad siccitatem fere specierum, immisis proboscidi alembicij Croci. Myrræ aa Drachm. unam, Camphoræ Drachm. semis. Aqua prolecta caute servetur, usus tempore Syrupo de Scordio vel Cort. Citri edulcoranda.

**AQUA ALEXIPHARMACA** D. LE MORT.

Rec. Rad. Angelicae, Petasitiid. Valerian., Imperator., aa Unc. duas. Sem. Angelicae et Levisticæ, Bacc. Juniper. aa Drachm. sex. Spirit. Vini Libr. quatuor. Mixta destillentur, vel et absque destillatione servetur Infusio.

**AQUA ALEXITERIA** Dispens. Brunsicens. **Braunschweiger Gift-Wasser**. **Eau Alexitere de Brunswick**.

Rec. Florum Sambuci modice siccatorum Libr. tres, Folior. rec. Angelicae Libr. duas, Aquae fontan. Libr. quadraginta. Destillentur inde Librae triginta.

**AQUA ALEXITERIA** Pharm. Parisiens.

Rec. Herb. Card. bened., Hb. Ulmariae aa

Man. sex., Menthae crisp. Man. decem, Galegae Man. sex., Rad. Zedoariae, Tormentill. a Unc. octo, Lactis vaccin. rec. Libr. decem. Destilla lego artis.

**AQUA ALEXITERIA LONDINENSUM.**

Rec. Herbas Menth. recentis Unc. duas cum dimidia, Summit. Absinthii marit. recent. Herb. Angelicae rec. a Unc. duas, Aquae Unc. septuaginta. Fiat destillatio, donec Unc. viginti quatuor elicita sint, praelevando empyreuma — SPIELMANNUS in Ph. universalis Hb. Absinth. marit. loco Absinthium ponticum et Hb. Angelicae loco Radic. Angelicae praescribit.

**AQUA ALEXITERIA SPIRITUOSA seu epidemica.** Spirituoses alerterisches Wasser.

*Eau alexiterique spiritueuse.*

Rec. Herb. Menth. recent. Libr. semis, Summit. Absinthii marit. recent. Angelicae a Unc. quatuor, Spirit. Vini simpl. Congium, Aquae quantum sufficit ad evitandum empyreuma. Destilla Congium.

**AQUA ALEXITERIA SPIRITUOSA CUM ACETO.** Spirituoses alerterisches Wasser mit Essig. *Eau alexiterique spiritueuse avec du Vinagre.* — Paratur, dum Aquae alexiteriae spirituosa Congio admiscetur Aceti Vini Libr. una.

**AQUA D'ALIBOUR.** Alibours Wasser. *Eau d'Alibour.*

Rec. Vitrioli albi Drachm. septendecim cum dimidia, Vitrioli coerulei Drachm. quinque, Camphorae Drachm duas semis, Croci Drachm. unam, Aquae Libr. tres. Post horar. 24 digestio- nem filtra et serva. — Sainte Marie formulaire in eo discrepat, quod Crocum omittit et ad Vitrioli albi Unc. duas, Vitrioli coerulei Unc. semis, Camph. Drachm. unam et Aquae Octarios duos praescribit.

**AQUA ALKEKENGI seu Baccar. Alkekengi. Schlitten-Wasser.** *Eau de Coquerets.* — Ut Aqua Rubi idaci paratur.

**AQUA ALOËTICA MERCURIALIS v. Aqua phagedænica.**

**AQUA ALUMINIS seu ALUMINOSA BATEANA,** Liquor Aluminis compositus Pharmac. Londinensis, Aqua styptica, Aqua Sulphatis Zincii aluminosa. Bate's Alum-Wasser oder Augen-Wasser. *Eau d'Alun ou ophthalmique de Bate.*

Rec. Aluminis, Vitrioli albi puri a Unc. dimidiad, Aquae ferventis Octarios duos. Solute et filtra. — Pharm. Lusitanica et Ferrariensis ad Saliuum quantitatem memoratam, Aquae Libr. duas cum dimidia praescribunt. — Pharm. Hispanica ad Saliuum supra memoratorum quantitatem praescriptam in Aquae Rosarum Libra una dissolvi designat. — CADET DE GASSICOURT Aluminis et Vitrioli albi a Drachm. duas in Aquae Libr. duabus cum dimidia dissolvi, — SAUNDESS ad Saliuum singulorum Drachm., Aquae Libr. unam praescribit. — ELLIS Vitrioli albi Sesquidrachmam, Aluminis Drachm. semis et Aquae Semioctarium. (Conf. etiam Injectio aluminosa). — BATE suscit Alumen et Vitriolum album ante in vase terreo supra lenem ignem liquida reddi,

donec indurescant et pulvis hujus Cochlear unum in Aquae bullientis Libris duabus solvi, quod superfluum et non exacte praescriptum.

**AQUA ALUMINIS VITRIOLATA Pharm.** Heribopolitanæ. Vitriolirte. Alum-Wasser. *Eau d'Alun vitriolée.*

Rec. Solutionis Aluminis saturatae Libr. unam. Instilla Spiritum Vitrioli sub continua agitatione, donec exacte miscantur et solutio stypticum saporem deponat, sive ad gratam aciditatem, aciditati Succi Citri recentis expressi subaequalem.

**AQUA ALUMINOSA seu Sulphatis Aluminæ Pharm.** Hispanicae. Alum-Wasser. *Eau alumineuse.*

Rec. Aquae Rosarum Libr. unam semis, Aluminis Drachm. unam. Dissolve.

**AQUA ALUMINOSA FALLOPII Londinensis,** Aq. Mercurii vitriolati seu magistralis, Fomentum Hydrargyri aluminosum. Fallopianus Alum-Wasser. *Eau alumineuse de Fallopius.*

Rec. Aquae Rosarum, Scordii a Unc. duodecim, Aluminis crudi, Mercurii sublimati corrosivi a Drachm. duas. Dissolutis per ebullitionem salibus, filtretur liquor. — DISP. Ful densc et AUGUSTIN Aq. Rosarum et Scordii loco Aquam communem suni praescribunt.

**AQUA ALUMINOSA PARISIENSIS.** Pariser Alum-Wasser. *Eau alumineuse de Paris.*

Rec. Aquae Rosarum, Plantaginis a Unc. viginti quatuor, Aluminis Drachm. tres. Misceantur.

**AQUA AMARA seu Sedlitzensis artificialis,** Aqua Sulphatis Magnesiae cum Acido carbonico. Bitterwasser oder fünftisches Seditzer-Wasser. *Eau amère ou de Sedlitz factice.*

Rec. Salis amari Grana ducenta septuaginta quinque, Magnesiae albae Grana quinque, Aquae aeratae Unc. sedecim. Misce in lagena firma, bene obturata, loco frigido saepius agitans, sepone et post 24 horas decantha liquorem clarum a sedimento, et serva in vase optime clauso loco frigido. — Pharm. Gallica Salis amari Drachm. duas et Magnesiae muriaticae Grana duodeviginti in Aquae, triplo Volumine Gasis Acidic carbonici imprægnatae, Uncis viginti et dimidia solvi praescribit. — Ph. Fennica et VAN MONS in Aquae Unc. viginti duabus Salis amari Unc. tres solvi et solutioni Aquae aeratae Unc. viginti duas admiseri praescribunt. — Pharm. Ferrarensis ad Salis amari Unc. unam, Aquae purae Unc. quatuor, Spirit. Salis Ammoniac. aquosi et Spiritus Vitrioli a Scrupulum unum praescribit. — RATZER in Aquae Libr. tribus cum dimidia, antea Olei Vitrioli Partibus sex Aquae diluti, Drachmis decem commixtis, Magnesiae albae Drachm. tres in lagena clausa pro partibus tertius tantum duabus repleta dissolvi praescribit. — AUGUSTIN sec. J. P. FRANCK Aquae Card. bened. Unc. decem, Salis amari Unc. unam, Spirit. Salis Ammon. aquos. et Spirit. Vitrioli a Guttas. quindecim commisceri proponit.

AQUA AMMONIACALIS COERULEA v.  
Aqua ophthalmica coerulea.

AQUA AMMONIAE ACETATIS, CAUSTICA  
CAE seu PURAE et CARBONATIS v. Spiritus  
Mindereri, Salis Ammoniaci causticus et  
aquaosus.

AQUA AMMONIAE DILUTA Pharm. Edinburgensis.

Rec. Spirit. Salis Ammoniaci caustici Partem  
unam, Aquae destillatae Partes duas. Misce.

### † AQUA AMYGDALARUM AMARARUM. Bittermandel-Wasser. Eau d'Amandes amères.

Synon.: Aqua Amygdalarum amararum  
concentrata. Concentritis Bittermandel-  
Wasser. Eau d'Amandes amères concentrée.

Rec. Amygdalarum amararum  
Libras quatuor.

Contusis et frigide exprimendo  
ab oleo pingui liberatis, deinde  
per cibrum trajectis, superaflunde  
per vices semper agitando

Aquae frigidae Libras sedecim.

Stent in vase bene clauso quod  
saepius agitur, per duodecim  
horas, loco frigido, tunc immitte  
vesicae destillatoriae satis capaci,  
et destillent in balneo Calcariae  
muriaticae Librae quatuor.

Liquor elicitus bene agitandus,  
ut oleum solvatur, tum sepon-  
nendus, ab oleo forsitan subsi-  
dente decanthandus et in vitris  
parvis optime obturatis loco fri-  
gido obscuro caute asservandus.  
Liquor parum lactescens, postre-  
mo clarus, odoris penetrantis  
Amygdalarum amararum, uti et  
saporis.—Solutio est aquosa satu-  
rata Olei Amygdalarum amara-  
rum aetherei, Acidum Borussicum  
continentis. — Vis: leniens, so-  
piens, irritabilitatem minuens, sat  
magna dosi lethifera!

Sit Aqua bona notae velut modo de-  
scripta; addita solutione vitrioli mar-  
tis et solutione kali carbonici, deni-

que acido salis in excessu, colorem  
saturate coeruleum assumat, et mox  
magnum praecipitati copiam Coerulei  
Berolinensis exhibeat; addita solutione  
argenti nitrici ammoniacalis, tunc sen-  
sim acido nitri valde diluto paullo in  
excessu praecipitatum copiosum album  
cascosum praebeat, ex quaque Aquae  
Uncia ad minimum quinque Grana exhib-  
ens; aqua parum tantum odora, quae  
additis reagentibus memoratis vix colo-  
ratur vel praecipitatum vix praebeat,  
uti et aqua acida, rejiciatur.

Usus: Interne cautissime, optime  
magna aquae quantitate diluta, uti  
acidum borussicum (p. 15), externe  
in fomentatione, collyrio, balneo, in-  
jectione, elysmate, pariter caute ad-  
hibenda. Cave commisceatur cum mer-  
curio dulci et aliis salibus decompo-  
sitionem noxiā efficientibus.

Pharm. Borussica Amygdalarum ama-  
rarum Libras duas contundit cum Aquae Libris  
decem et Spiritus Vini rectificatissimi Uncias  
quatuor commisceri prescribit, tunc post ho-  
ras duodecim Libras duas destillatione elici. —  
Pharm. Hannoveranae formula  
cum hac congruit, nisi quod duas solummodo  
Spiritum Vini rectificatissimi Uncias prescribit.  
— Ph. Hassia et El. et Slesvi o-Hol-  
satrica Amygdalas antea, uti supra memori-  
atum, oleo pingui liberari suadent, ceterum prioris  
prescriptio cum Pharm. Borussicae formula  
omnino convenit, posterior autem ad tres Amyg-  
dalorum amararum Libras sex solummodo  
Aquae et Spiritus Vini rectificati Uncias quin-  
que sumi prescribit; deinde Libras tres ab-  
strahi. — Pharm. Bavariae ad sex Amyg-  
dalorum Partes unam Spiritus Vini simplicis  
et duodeviginti Aquae, tunc destillando elici  
Partes sex. — SWEDIAURAE et Ferrarini for-  
mulae in capite rei cum his congruant. —  
Pharm. Saxonica ad unam Amygdalarum  
Spiritum Vini rectificatissimi unius Partis duo-  
decimam et Aquae Partes sex prescribit, de  
quibus tres partes abstrahendae. — VAN MOSS  
formula cum hac praecepit convenit. —  
Pharm. Gallica et Ferrariensis ad  
Amygdalarum Partem unam duas Aquae Par-  
tes prescribunt et dimidiam tantum Partem  
destillando elici. — BRUGNATELLI ad Amyg-  
dalorum duas, tres Aquae prescribit Partes, ut  
destillent duo Trientes.

AQUA AMYGDALARUM AMARA-  
RUM DILUTA Pharm. Hanno-  
veranae. Verdünntes Bittermandel-  
Wasser. Eau d'Amandes amères diluée.  
(Aquae Cerasorum loco)

Rec. Amygdalarum amararum Uncias octo,  
grossiuscule contusas cum Aquae fontanae

Mensuris duodecim immittit in apparatus destillatorium et leni igne fac destillare Mensuras octo. — Liquor praecedenti similis, sed et odore et sapore remissiore — *Vis*: leniens, sopiens — *Usus*: Interne uti Aqua Cerasorum. — Pharm. Slesvie-Holsatica a Libris duabus Amygdalarum, quae antea oleo pingui expressione liberandae, et sufficiente Aquae quantitate, destillando Libras viginti quatuor elici praescrivit.

AQUA ANAGALLIDIS. Gauthheil-Wasser. *Eau de Mouron.* — Ut Aqua Acetosae paratur.

AQUA ANALEPTICA SCHILLINGI. Schilling's starkendes Wasser. *Eau analeptique de SCHILLING.*

Rec. Rasurae Cornu Cervi crudi, Corn. Cerv. philos. ppt.  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Sem. Citri, Rad. Zedoariae  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas semis, Tormentillae, Cort. Citri, Lign. Santal. citr.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam semis, Flor. Rosar. rubr. Manip. semis, Camphor. Gr. viginti sex, Succ. Citri, Aceti rosati  $\frac{1}{2}$  Libr. tres. Macera in balneo per 3 dies, postea destilla.

AQUA ANEMONES v. Aqua Pulsatillae et Aqua Ranunculi albi.

AQUA ANETHI. Dillwasser. *Eau d'Anetho Pharm. London.*

Rec. Seminum Anethi contusor. Libr. unam. His assunde tantum Aquae, ut post destillationem supersit quod satis ad prohibendum emprum. Destillet Congius unus. — Pharm. Succincta supra unam Seminum Anethi, quatuor tantum Aquae Partes abstrahi praescribit. — PIDERIT supra unam Seminum Anethi, sex Aquae Partes destillari suadet.

AQUA ANGELICA. English Wasser. *Eau angelique.*

Rec. Aquae Flor. Naphae, Rosarum  $\frac{1}{2}$  Octarium unum, Aquae Myrti Octarium dimidium, Spiritus Moschi destillati Drachm. duas, Spiritus Ambræ Unciam unam Misce conquassando. — Ad odoramentum inservit.

AQUA ANGELICA ex SCHROEDERO. Rec. Aquae Rosarum Libram unam semis, Naphae Unc. sex, Flor. Citri et Tunicae  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Vini albi Unc. quinque, Benzoes Unc. quatuor, Styracis Unc. unam semis, Caryophyllor., Cinnamomi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Rad. Iros florent., Flor. Lavend.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Lign. Rhodii Drachm. tres. Destillent, in rostro alembici suspensa, Moschi et Ambræ  $\frac{1}{2}$  Grana decem.

AQUA ANGELICA VIENNENSIS v. Aqua laxativa.

AQUA ANGELICAE RADICIS. Engelwurz-Wasser. *Eau d'Angelique.* — Paratur ex Radice Angelicae uti Aqua Valeriana. — Pharm. Gallica Aquam Angelicae etiam ex Seminibus parari praescribit, quod fit pari modo atque Aquae Foeniculi paratio. — Olim ex Herba quoque recenti plura Dispensatoria parari jubebant.

AQUA ANGELICAE SPIRITUOSA v. Spiritus Angelicae.

AQUA ANGELICAE SPIRITUOSA COMPOSITA v. Spiritus Angelicae compositus.

AQUA ANHALTINA seu Spiritus anhaltinus Pharm. Wirtembergiae.

Anhalt-Wasser. *Eau anhaltine.*

Rec. Radicum Galangae minoris, Flor. Anthos  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Sem. Foeniculi, Bacc. Lauri  $\frac{1}{2}$  Unciam dimidiam, Caryophyllorum aromat., Cubebarum, Nueum Moschat., Cinnamomi acuti, Mastich.  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Olibani Unciam unam, Terebinthinae Venetae Libram dimidiam. In pulvorem contrita infundatur in Spiritus Vini rectificati Libris sex et digesta per dies sex, addita Aquae fontanae Libra una, destillentur lenissimo balnei calore Libras quinque. — *Vis*: excitans, roborans, carminativa, diuretica. — *Usus*: Interne caute; frequenter externe adhibetur. — Pharm. Hannoveranae et Sardoeae formula eadem est. — Pharmac. Palatina Radicem Galangae et Flores Anthos omittit, cuius loco Ligni Aloës Uncias tres et Croci Austriaci Drachmas duas semis sumi praescribit, porro Spiritus Vini tantum Libras quinque. Destillatum elicunt a turbido oleoso separandum et seorsim servandum. — SPIELMANNUS omittit praetera Mastichen et suadet secundum Schroeberum in hoc liquore, si placeat, Moschi in petia ligati Grana quindecim suspendi. Tunc Aqua anhaltina completa appellatur.

— Formula Dispensatorii Borussio-Brandenburgici, Pharmac. Batavae atque Helvetiae eadem est. — Dispensator. Brunsvicensis Florum Anthos Unc. unam, Herbae Rutae Unc. semis, Masticis Unc. duas praescribit, omittit Radices Galangae et Olibanum, ceterum cum Wirtembergica formula congruit, Spiritus Vini rectificati autem Libras quinque et Aquae Libras duas speciebus superalfundit, denique Libras quinque abstrahi. — VAN MOSS formula in capite rei cum Wirtembergica congruit, nisi quod improprie multo plus Aquae ad misceri suadet.

AQUA ANIMALIS sive Destillatum equinum. Rößwasser. *Eau animale.*

Rec. Herbae recentis Beccabungae, Cerefolii, Nasturtii aquatici, Petroselini  $\frac{1}{2}$  Manipulos sex, Poma Citri N° quatuor, Stercoris equini recentis Libras duas. Incisis affundantur Aquae fontanae Libras duodecim et post macerationem horarum duodecim lege artis moderato igne per vesicam destillent Libras circiter octo. — Pharm. a Batavia Stercoris Equi non desigunt recentis Globulos N° duodecim cum Vini albi Libris octo commisceri praescribit, tunc addi Semini Foeniculi et Petroselini  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Theriacae januensis Libram unam, Radicum Polypodii et Rusci, Herbae Hepaticae  $\frac{1}{2}$  Manipulos duos, deinde lento igne sec. artem destillari. — Vires ei adscribantur eximias attenuandi, resolvendi, aperiendi, sudorem movendi, urinam ciendi, spasmos leniendi cet, sed longo ex tempore medicamentum absurdum et fastidiosum exolevit.

## 44 AQUA ANISI — AQUA seu MIXTURA ANTIMIASMATICA

**AQUA ANISI.** Anis-Wasser. *Eau d'Anis.* — Paratur ex Semine Anisi uti Aqua Foeniculi.

**AQUA ANISI BELZERI.**

Rec. Semini Anisi Unc. duodecim, Coriandri, Rad. Liquirit.  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Cort. Citri sicc. Unc. unam, Flor. 4 cordialium  $\frac{1}{2}$  Manip. semis. Conc. et cont. affunde Spirit. Vini Canthar. tres. Destillent.

**AQUA ANISI COMPOSITA v. Spiritus.**

**AQUA ANISI LACTICINOSA Pharm. Hispaniae.** — Ut Aqua Foeniculi lacticinosa paratur.

**AQUA ANODYNA.** Schmerzstillendes Wasser. *Eau anodyne.*

Rec. Spirit. Lavendulae, et Salis Ammoniaci vinosi  $\frac{1}{2}$  Part. aquales. Misce.

**AQUA ANODYNA PRAGENSUM CORRECTA.**

Rec. Spirit. Salis Ammoniaci vinosi Uncias ex, Essentiae Croci Unciam unam, Olei destillati Lavendulae Drachmam semis. — Ad fomentationem in doloribus rheumaticis chronicis cet. laudatur.

**AQUA ANSERINAe Gänserig-Wasser.** *Eau d'Argentine.* — Paratur ex Herba recente Potentillae seu Anserinae (I. 145) uti Aqua Scordii Merito autem medicamentum iners exolevit.

**AQUA ANTARTHITICA.** Gicht-Wasser. *Eau antarthritique.*

Rec. Acidi Salis Uncias quatuor, Olei Petrae albi Drachm. unam. Misce, bene agitando. — Dosis pro uno balneo.

**AQUA ANTHEMIDIS v. Aqua Chamomillae.**

**AQUA ANTHOS seu RORISMARINI Rosémarin-Wasser.** *Eau de Romarin.* — Paratur ex Herba cum Floribus Anthos uti Aqua Men-thae piperitae.

**AQUA ANTHOS COMPOSITA v. Aqua Hungarica.**

**AQUA ANTIASTHMATICA v. Aqua asthmatica.**

**AQUA ANTIDOTALIS MATTHIOli.** Matthioli's Widergiff-Wasser. *Eau antidotale de MATTHIOLI.*

Rec. Rad. Angelicae, Imperator., Levisticæ, Zedoariae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Herb. Scordii, Salviae, Rutae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Cort. Citri rec. Unc. duas, Cinnamomi Unc. unam semis, Caryophyllor. Unc. semis, Macid. et Nuc Moschata.  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Camphorae Drachm. duas. Conc. et cont. superaffunde in cucurbita vitrea Spirit. Juniperi., Spir. Vini.  $\frac{1}{2}$  Libr. duas, Vini Malvatici Libr. unam semis; post 2 dierum digestionem destillent ad siccum. In liquore elicto macera Viperas viventes, cetera capite et cauda demitis, N° quinque. Post aliquus temporis digestionem immitte Rad. Angelicae, Herb. Marrubii, Rad. Contrajervae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Rad. Eulacae, Mors. Diaboli, Scorzoneræ, Zedoariae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Herb. rec. Rutae, Scordii  $\frac{1}{2}$  Unc. duas semis, Bacchar. Lauri Unc. unam semis, Cort. Citri rec.

Unc. duas, Sem. Citri Unc. unam, Myrrhae Unc. unam, Macid. Drachmas duas. Digere per 6 dies, tunc filtra cum expressione et adde Syrupi Scordii et Cort. Citri  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor.

**AQUA ANTIEPILEPTICA v. Aqua epileptica.**

**AQUA ANTIFEBRILIS ex SCHROEDERO.** Wasser wider das Fieber. *Eau contre la Fièvre.*

Rec. Salis Absinthii, Gratiolae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Spiriti Vitrioli Drachm. tres, Aquae Cardui bened. et Gratiolae  $\frac{1}{2}$  Unc. sex, Aq. Absinthii et Plantaginis  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Aq. Cinnam. cydon. Unc. unam, Syrupi Violarum Unc. semis. Misce. — Exemplum praecepti quam maxime inepti!

**AQUA ANTIHECTICA.** Wasser gegen Schwindsucht. *Eau contre l'Étiole.*

Rec. Herb. rec. Agrimonie, Bellidis minoris, Betonicae, Hederae terrestris, Farfarae, Veronicæ  $\frac{1}{2}$  Unc. sex. Inc. et mixt. affundantur Iactis vaccini deflorati Libr. duodecim et post macerationem horarum duodecim lege artis destillentur liquoris circiter Libr. octo, usui servanda.

**AQUA ANTIHERPETICA CARDINALIS DE LUGNES sec. PIERQUIN.** Flechten-Wasser. *Eau antiherpétique du CARDINAL DE LUGNES.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Drachman unam semis, Cerussae Unciam semis, Aluminis Drachmas tres, Albumen Ovi N° unum, Aquae Rosarum Uncias octo. Commisce bene. — CADET de GASSICOURT et BORRIES formulariares Mercurii sublimati Unc. semis et Cerussae Uncias duas cum Aqua communis Libr. duabus commisceri praescribunt.

**AQUA ANTIHYSTERICA QUERCETANI REFORMATA.** Quercetans Mutter-Wasser. *Eau antihystérique de QUERCETAN.*

Rec. Nuc. Moschat., Cinnamomi, Herb. Salviae rec., Herb. Anthos rec., Matricariae rec.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Castorei Drachm sex, Vini albi generosi Libr. quinque. Post 3 dierum digestionem destillent in balneo Mariae salito liquoris Libr. tres. — Herbae, si recentes non praesto sunt, siccae, sed dimidio tantum Pondere, sumantur.

**AQUA ANTIMELANCHOLICA** Wasser gegen Melancholie. *Eau contre la Melancolie.*

Rec. Rad. Buglossi rec. Unc. quatuor, Flor. Borraginis, Buglossi, Anthos  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Croci Austriaci Drachm. duas, Flaved. Cort. Citri Unc. duas, Fruet. seu Pomor. Cydoniorum rec. odoratorum Unc. sex. Inc. infundantur in Vini albi Libr. octo, maceratione per 24 horas peracta, destillentur ad Dimidiis.

**AQUA seu MIXTURA ANTIMIASMATICA KOECHLINI seu BEISSERI.** Aqua Cupri Ammonia muriatice. Kœchlins und Beissers Wasser gegen Miasma. *Eau antimiasmatique.*

Rec. Liquoris Cupri ammoniato-muriatice Drachm. duas, Aq. communis Unc. viginti. Misce.

## AQUA ANTIMIASMAT. — AQUA APOPLECT. MINUS SPIRIT. 45

### AQUA ANTIMIASMATICA KOECHLINI COM- POSITA.

Rec. Liquoris Cupri ammoniato-muriatici mercurialis Drachmas duas, Aquae fontanae Uncias viginti. Misce. — AUGUSTIN Drachm. duarum loco sex praescribit.

AQUA ANTINEPHRITICA v. Aqua nephritica.

AQUA ANTIOPHTHALMICA v. Aqua ophthalmica.

AQUA ANTIPHTHISICA ex SCHROEDERO. Was-  
ser gegen die Schwindsucht. *Eau contre l'Etise.*

Rec. Herb. Hyssopi, Rad. Liquiritiae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Nucl. Pineae, Jujub  $\frac{1}{2}$  N° tringita, Passul, Caric.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Herb. Capillor. Vener. Manip. unum, Sem. Lini Unc. semis, Sem. Anisi, Foeniculi, Rad. Irid. flor.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Conc. et cont. supercaffundit Aquae Veronic., Scabiosae, Levisticci et Farfarae  $\frac{1}{2}$  Mensur. unam. Post 2 dierum digestioinem destillent ex baln. Mariae; tunc dulcem reddite Saccharo Candi.

AQUA ANTIPHTHISICA LONDINENSIMUM.

Rec. Succi Herb. Heder. terrestr., Farfarae, Scabiosae, Pulmon. macul.,  $\frac{1}{2}$  Libr. unam se-  
nis, Succ. Portulacae, Plantagin., Ambrosiae, Veronic.  $\frac{1}{2}$  Libr. unam, Sanguinis Porci rec., Vini albi  $\frac{1}{2}$  Libr. tres, Limacum hortensium incis. Libr. duas, Flor. Nicotian. sicc. N° octo, Rad. Liquir. Unc. duas, Enul. Unc. semis, Ircos flor. Unc. unam, Sem. Bombacis Unc. unam semis, 4 frigid. major., Anisi  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Croci Drachm. unam, Flor. Rosar. rubrar. Pugill. tres, Violarum et Borruginis  $\frac{1}{2}$  Pug-  
quinque. Digerantur per triduum, tum destillen-  
tur organis vitreis, calore cinerum, ad siccitatem.

AQUA ANTIPODAGRICA ex SCHROEDERO.  
Wasser gegen das Podagra. *Eau contre le  
Podagra.*

Rec. Salis communis, Vitrioli viridis, Alu-  
minis  $\frac{1}{2}$  Libr. unam. Supercaffundit Aquae Sper-  
matis Ranarum Canthar. quinque; solve co-  
quendo et filtra.

AQUA ANTIPSORICA. Krägewasser. *Eau anti-  
psoriique* Pharmacopoeæ Ferrariensis.

Rec. Herb. Nicotiana sicc. Libr. duas, Aq. fontanae Libr. quindecim. Coq. per horam unam et addit. Natri sub-carbonici Unc. quatuor. Post horas 24 colla. (Conf. et Mercurius nitrosus.)

AQUA ANTISCORBUTICA TEMPERATA.  
Temperirtes Scharbock-Wasser. *Eau antiscor-  
butique tempérée.*

Rec. Herb. rec. Acetosae, Numulariae, Beccabungae, Bellidis minoris, Chaerefolii, Fumariae, Trifolii fibrini. Veronicæ  $\frac{1}{2}$  Unc. octo, Fruct. Rubi idaei Libr. unam. — Inc. miscentur; superfusis Aq. fontanae Libr. quin-  
decim fiat destillatio et Librae sex eliciantur. — Pharmacop. Sardo Herb. rec. Cochleariae, Acetosae, Agrimonie, Beccabungae, Chelidonii minoris, Cichorii, Fumariae, Tri-  
folii et Veronicæ  $\frac{1}{2}$  Manip. duos cum suffi-  
ciente Aquæ quantitate in balneo Mariae ad  
siccitatem fere destillari praescribit, quæ for-  
mula indefinita.

### AQUA ANTISCORBUTICA ZWILLERI.

Rec. Aquæ Beccabungæ, Cochleariae, Na-  
sturtii aquat. Cerefolii et Chamaedryos  $\frac{1}{2}$   
Libr. unam, Aq. Ceras. nigror. Libr. unam se-  
mis. Misce et addit Rad. Armoraciae rec. Unc.  
sex, Apii, Inulae, Calami, Pimpin.  $\frac{1}{2}$  Unc.  
quatuor, Bacc. Lauri et Juniperi  $\frac{1}{2}$  Drachm.  
unam semis, Sem. Lepidii, Urticae, Foenicul.  
Coriandr.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cinnamomi Unc. tres,  
Nuc. Moschat. et Macid.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Post  
macerationem per breve tempus destillent ex  
baln. Mariae.

AQUA ANTISPASMODICA. Krampfstillendes  
Wasser. *Eau antispasmodique.*

Rec. Aquæ Menthae piperitæ Unc. duas,  
Aquæ Carmelitarum Unc. semis, Naphthæ Vi-  
trioli Drachm. semis, Syrupi Diacodii Unc.  
unam. — Misce.

AQUA ANTIVENEREA conf. Aqua phage-  
daenica, Liquor Switenii et Liquor BELLOSTIL.

AQUA APERITIVA TIMAEI. *Timæus eröff-  
nendes Wasser. Eau aperitive de TIMAEUS.*

Rec. Rad. Foenic., Asparagi, Petroselin.,  
Liquir.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Polypod. Unc. semis,  
Herb. Fumar. Manip. duos, Agrimon., Capill.  
Vener., Cuscutæ, Cichorii, Endivii, Betonio.,  
Scopolendr.  $\frac{1}{2}$  Manip. unum, Flor. Borrag.,  
Cent. minor., Buglossi, Genista  $\frac{1}{2}$  Manip.  
semis, Sem. Anisi, Foenicul.  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres,  
Strobol. Lupul. Manip. unum, Cort. Tamarisci,  
Fraxin., Capparid.  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Uvarum  
minor., Passifl. min.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres. Conc. cont.  
affundit Aq. Fumariae et Agrimoniae  $\frac{1}{2}$  Libr.  
quatuor, Aq. Cichorii, Foenicul. et Betonic.  $\frac{1}{2}$   
Libr. tres. Destillent sec. artem.

AQUA APOLECTICA SPIRITUOSA. Schlag-  
Wasser. *Eau contre l'Apoplexie*, Pharmæc.  
Wirtembergiae et Helvetiae.

Rec. Flor. rec. Liliorum convallium, La-  
vendulae, Primulae Veris, Tiliae, Betonicae,  
Tunicæ  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Herb. Anthos, Majo-  
ranæ, Basilici, Salviae, Serpilli, Mari veri  $\frac{1}{2}$   
Unc. semis, Cinnamomi acuti Unc. duas, Ca-  
ryophyllorum Drachm. sex, Nucum Moschata-  
rum Unciam unam, Cardamomi minoris. Cu-  
bebarum, Rad. Zedoariae, Galangae, Ligni  
Santalini citrini  $\frac{1}{2}$  Unc. semis. Flores et Her-  
bae recentes colligantur successive per aesta-  
tem et in Spiritus Vini rectificati Libr. quin-  
que macerentur. Postea aromata minutim in-  
cisa et contusa Vini generosi Libr. quinque in-  
fundantur et post digestioinem per biduum cum  
priori infuso commixta, addita ante, ad pre-  
cavendum empyreuma, sufficiente Aquæ fonta-  
nae quantitate, e vesica lento igne destillen-  
tur. Clarum et magis spirituosum, seorsim  
pro usu externo servandum, quod sequitur  
oleosum. albicans, pro usu interno. — Phar-  
mac. Palatinæ formula omnino cum hac  
congruit, nisi quod Nuces Moschatas omittit.

AQUA APOLECTICA MINUS SPIRITUOSA.  
Schwähres Schlag-Wasser. *Eau contre  
l'Apoplexie moins forte.*

Rec. Herb. cum Florib. Salviae Unc. octo,

## 46 AQUA APOPLECTICA etc. — AQUA AROMATICA DANICA

Majoranae, Serpilli  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Florum Liliorum convallium Unc. tres, Lavendulae, Anthos  $\frac{aa}{a}$  Unc. duas, Cinnamomi electi, Cubebarum  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, Caryophyllorum Drachm. tres, Macidis Drachm. duas, Vini albi generosi Libr. duodecim. Macerata per triduum destillentur ad dimidiae Partis remanentiam.

**AQUA APOPLECTICA LANGH CORRECTA.**  
Lang's Schlag-Wasser. *Eau contre l'Apoplexie de LANG.*

Rec. Rad. Calami aromatici, Iresos, Aristochiae rotundae  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam semis, Herb. Majoranae, Chamaepithysos, Anthos, Flor. Primulæ Veris  $\frac{aa}{a}$  Manip. unum, Sem. Sileris montani, Foeniculi, Cubebarum, Nucis Moschatae, Caryophyllorum  $\frac{aa}{a}$  Drachm. tres, Cinnamomi, Ligni Aloës  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas, Piperris longi, Sagapeni, Opopanaxis, Myrræ, Sandaracis  $\frac{aa}{a}$  Drachm. unam semis, Aq. Florum Paralyseos, Tiliae, Salviae  $\frac{aa}{a}$  Unc. duodecim. — Inc. cont. stent in infusione per dies octo, postea destillentur.

**AQUA APOPLECTICA ZWELFERI.**

Rec. Cinnamom. acuti Unc. octo, Caryophyllor. Unc. unam, Nuc. Moschatar. Unc. duas, Macid. Unc. unam, Rad. recent. Paeoniae Unc. unam semis, Doronici veri Unc. unam, Cyperi rotund. Unc. unam semis, Sem. Coriandri Unc. unam, Anisi Unc. unam semis, Bacc. Lauri Unc. unam, Cardamomi. minor. Unc. unam semis, Cubebar. Unc. unam. Cone., cont. affunde Aq. Cinnamomi vinosæ, Vini Malvatici  $\frac{aa}{a}$  Libr. quatuor; facta maceratione destillent per balneum vaporum, rostro capilli in petia ligatis immisso Lign. Aloës crasse incisi Unc. una et, si libet, Ambrae griseæ Drachm. semis.

**AQUA APOSTEMATICA KOELREUTERI ex MANETO.** Rödlreuter's Wasser gegen Geschwüre. *Eau apostematique de KOELREUTER.*

Rec. Herb. Seabiosae, Mors. Diaboli, Salviae, Chaerofol.  $\frac{aa}{a}$  Manip. duos, Herb. Veron., Satureja, Centaur. min.  $\frac{aa}{a}$  Man. unum, Rad. Polypod. Unc. unam, Herb. Rutæ murar. Flor. Lavend., Herb. Vinc. per Vinc., Pyrol., Sanicul., Auric. mur.  $\frac{aa}{a}$  Manip. semis, Rad. Agrimon., Malvae, Foenic., Pimpin.  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, Flor. Chamom. Rom., Hepat. alb., Lilior. convall.  $\frac{aa}{a}$  Man. semis, Herb. Card. bened., Menthae, Endiviae, Hyssopi, Ling. cervin., Fumariae, Pulegii, Pentaphylli, Fragariae, Melissæ, Majoran., Anthos  $\frac{aa}{a}$  Man. semis. Infunde in Spirit. Vini Rhenan., Vini Rhenan.  $\frac{aa}{a}$  Canthar. tribus, postea destillentur i. artis.

**AQUA AQUISGRANENSIS ARTIFICIALIS** Pharmac. Gallicæ. *Künstliches Aachner Wasser.* *Eau d'Aix la Chapelle factice.*

Rec. Aquæ puræ Libram unam et Unciam semis, Aquæ hydroslphuratae circiter Uncias quatuor, Salis Soda Grana viginti, Salis communis Grana novem. — Misce et solve.

**AQUA ARDENSI** — Spiritus Vini.

**AQUA ARI seu ARONIS.** Aron-Wasser. *Eau de Pied de Veaux.* — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Cochleariae.

**AQUA ARI seu ARONIS COMPOSITA DREDENSIS.**

Rec. Rad. recent. Ari et Calam. arom.  $\frac{aa}{a}$  Libr. unam, Rad. Zedoar. Unc. tres, Sem. Anisi Libr. unam semis. Inc. et cont. affunde Spirit. Vini rectif. quant. satis. Destillent sollicitè aere excluso.

**AQUA ARISTOLOCHIAE LONGAE VULGARIS.** Österluzei-Wasser. *Eau d'Aristolochie menuie.* — Ex Radice recenti uti Aqua Armo-riacæ paratur.

**AQUA D'ARMAGNAC v. Tinctura aromatica.**

**AQUA ARMORACIAE.** Meerrettig-Wasser. *Eau de Raifort sauvage.*

Rec. Radicis Armoraciae recentis incisæ Partem unam, Aquæ Partes quinque. Destillent caute Partes duæ.

**AQUA AROMATICA Pharmacop. BORUSSICÆ.** Gewürz-Wasser. *Eau aromatique.* (Aquæ cephalicae et Aquæ Embryonum loco.)

Rec. Herb. Salviae Unc. octo, Anthos, Menthae piperitæ, Florum Lavendulae  $\frac{aa}{a}$  Unc. quatuor, Seminis Foeniculi, Cinnamomi indici  $\frac{aa}{a}$  Une. duas. — Scissis et contusis affundantur Spiritus Vini rectificati Libr. sex, Aquæ fontanae Libr. viginti. — Macera per horas viginti quatuor et destillando elice Libr. duodecim. Serva in vasis bene obturatis. — Liquor albidus, turbidus, forte aromaticus, vinosus. — Vis: excitans, confortans. — Usus: tam internus quam externus. — Aqua aromate egens recipiatur. — Pharmac. Hannoveranae, Hassiae El., Slesvico-Holsatiae, Odenburgicæ, Polonicae formulae cum hac congruant.

**AQUA AROMATICA Pharmac. Saxonicae.**

Rec. Cinnamomi. Fruct. Aurantiorum imaturorum, Herb. Menthae piperitæ, Herb. Anthos, Flor. Lavendulae, Rad. Galangæ, Calami aromatici, Sem. Foeniculi  $\frac{aa}{a}$  Part. unam, Caryophyllorum Partem dimidiæ. Misce, fiant species, macerent in cæcurbita, imposito et allutato capitulo et agglutinato excipulo, per dies aliquot in Spiritus Vini rectificati, Aquæ communis  $\frac{aa}{a}$  Partibus duodequinquaginta; deinde ex arenae balneo hinc abstrahere laticis totius dodrantem sive Partes quartas tres. Serva in vitro bene clauso.

**AQUA AROMATICA DANICA ex praescriptione vetere sec. SPIELMANNUM.**

Rec. Herb. Menthae piperitidis Uncias tres, Cinnamomi Unc. duas, Flaved. cort. Citri Unc. unam, Macidis Unc. semis, Semin. Angelicas Unc. unam, Spiritus Vini Unc. centum quadraginta quatuor. Instituatur destillatio.

Pharmac. Belgica Cinnamomi, Nue. Moschatar., Caryophyllorum, Herb. Majoranae  $\frac{aa}{a}$  Unc. dimidiæ, et Semin. Coriandri Unc. unam cum Spiritus Vini simplicis Libris duodecim commisceri et Libras octo abstrahi præscribit.

AQUA AROMATICA HUFELANDI, Pharmac.  
pauperum.

Rec. Herb. Meliss., Menthae piperit., Salviae, Anthos, Flor. Lavendulae, Semin. Foeniculi  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Radic. Calam. aromat. Unc. quatuor, Rad. Angelicae Unc. duas. Conc. et cont. infunde Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor, Aquae communis quantum satis. Macerata per horas viginis quatuor et destillando eliciantur Librae duodecim.

De AQUA AROMATICA conf. et Aqua Carmelitarum, Aqua cephalica, Aqua Embryonum, Spiritus aromaticus, Aqua Coloniensis et vulneraria.

## AQUA AROMATICA cum MOSCHO AUGUSTINI.

Rec. Moschi Scrupul. quatuor. Tritis probe cum Sacchari Canariensis Drachm. duas, stilleatum affunde Mucilagin. Gum. arabic. Unc. dimidiad. Aq. Cinnamom. simplic. Aq. Menth. piperit.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Aq. aromatic. Drachm. duas. Misce.

## AQUA AROMATICA cum OPIO AUGUSTINI.

Rec. Aquae Cinnamom. simpl. Unc. unam, Aq. Melissae Unc. duas, Tinct. Castorei Gutt. viginis, Laudan. liquid. Sydenhami Gutt. decem, Syrup. opiat. Unc. dimidiad. Misce. (Vid. etiam Potio leniens)

## AQUA AROMATICA SPIRITUOSA Dispensator. Fuldensis.

Rec. Nuc. Moschat., Cardamom. minor., Cortic. Aurantiorum, Radic. Zingiberis  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, grossissimule pulveratis addantur Cinerium clavellator puror. Unc. una, Spirit. Vini gallici Librae sex, Aquae communis Librae duas. Post 24 horarum macerationem, lenissimo balnei Maris calore, destillantur ex cucurbita vitrea, ut proliciantur Spiritus aromatici Librae quatuor.

† AQUA seu LIQUOR ARSENICI FIXI. Solutio est Acidi arsenici (p. 15) in Aqua, quae tamen, quod proportionem, exactissime definienda.

## AQUA ARTEMISIAE. Beifus-Wasser. Eau d'Armoise.—Paratur uti Aqua Absinthii (p. 38).

## AQUA ARTEMISIAE COMPOSITA. Zusammengesetztes Beifus-Wasser. Eau d'Armoise composede.

Rec. Rad. Apii, Asparagi, Costi amari, Cyperi rotund., Enulae, Foeniculi, Ires flor., Petroselin., Pimpin., Paoniae, Rubiae tinctor., Rusc., Eryngii, Asparagi, Valerianae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Herb. Artemisiae Man. quatuor, Beton., Buglossi, Calaminthae, Gratiolae, Dictamn. cretic., Hyperic., Chamaepith., Majoran., Matricar., Melissae, Origani vulg. Persicariae, Pulegii, Rutae, Sabinae  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Sem. Anisi, Apii, Levistic., Nigellae, Petrosel., Cardamom., Culicbar., Rad. Calami ar., Cassiae liganeae, Bacc. Juniper.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Conc., cont. affunde Vini Rhenani Libr. quatuor, Aq. Artemisiae, Matricar., Melissae, Salviae  $\frac{1}{2}$  Libr. duas. Post 8 dier. macerationem destillent ex baln. Mariae.

AQUA ARTHRITICA ZWELTERI. Zwelfers  
Gicht-Wasser. Eau arthritique de ZWELTER.

Rec. Rad. rec. Paeoniae, Carlinae, Cyperi rotundi, Pyrethri  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Herb. Chamaepithysos, Majoran., Anthos, Salviae, Saturejae, Serpilli, Flor. Lavendul., Spicae Nardi  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Turion. Pinii et Ocul. Populi.  $\frac{1}{2}$  Unc. sex, Cinnamomi, Sem. Coriandri  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Caryophyllor. Unc. unam semis, Cardamom., Culicbar., Macid.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Bacc. Lauri Unc. tres, Juniper. Unc. quatuor. Cone., cont. digere cum Spirit. Vini Libris octo; postea destilla ex baln. Mariae ad siccitatem. (V. et Aqua antarthritica p. 44.)

## AQUA ASAE FOETIDAE Pharmac. Borussiae. Stinkasant-Wasser. Eau d'Asa fetida.

Rec. Asae foetidae Drachm. tres. Infunde Aquae fontanae Quantitatem sufficientem, et distillatione eliciantur Unc. sex. Serva.— Liquor turbidus, odore forti Asae foetidae.

## AQUA ASAE FOETIDAE COMPOSITA Pharmac. Borussiae. Zusammengesetztes Stinkasant-Wasser. Eau d'Asa fetida composee.

Rec. Asae foetidae, Rad. Angelic., Rad. Calami aromat.  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres. Conc. affunde Aquae fontanae Quantitatem sufficientem, Spirit. Vini rectificatis. Drachm. tres. Destillatione elice Unc. sex. Serva in vasis bene obtutatis. Liquor turbidus, graveolens.

## AQUA ASTHMATICA seu ANTIASTHMATICA Pharmac. Wirtembergiae. Luft-Wasser. Eau contre l'Asthme.

Rec. Rad. Enulae, Liquiritiae, Irid. Florentin.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Herb. Hederae terestr., Farfarae, Botryos  $\frac{1}{2}$  Libr. semis, Herb. Hyssop., Marrub. albi, Pulegii, Salviae  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Sem. Anisi, Foeniculi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Inc. infundatur Spirit. Vini rectificat. Libra una, Aquae fontanae Librae duodecim, et, praemissa digestione per triduum, Librae sex vel septem e vesica destillentur.

Pharmac. Helvetiae formula cum hac congruit, nisi quod Rad. Liquiritiae loco Radicem Angelicae, et Herbae Botryos loco Herbam Scabios. praescribit. — Dispensat. Brunsvicense Rad. Enulae Unc. duas, Pimpinell. alb., Iridis Florentin.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Herb. Hyssopi, Marrub. albi, Salviae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Semin. Anisi et Foeniculi, Bacc. Lauri et Juniperi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cardamom., Cinnamomi, Rad. Zingiberis  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Styracis calamit. Drachm. sex, Spirit. Vini rectificat. Mensur. sex et Aquae Acaciarum Mensur. quatuor superaffundi, et post digestionem per triduum in balneo Mensuras sex destillari praescribit; quod destillatum tandem cum Julapii Rosarum Libris duabus et Aquae Foeniculi Mensuris quatuor miscendum. — Pharmac. Palatina Rad. Enulae, Irid. Florentin., Liquirit.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Rad. Angelicae et Pimpinell. alb.  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Herb. Capillor. Veneris, Hyssopi, Pulmonar. maculat., Hederae terestr., Salviae, Farfarae, Semin. Anisi, Foeniculi et Urticae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Croci Austriaci Serupl. duos cum Spirit. Vini Libra una, Aquae Scabios. Marrub. et Veronicae  $\frac{1}{2}$

## 48 AQUA ASTHMATICA — AQUA BELLIDIS MINORIS

*Libra semis per triduum digeri, et postea ex balneo Mariae destillari praescribit.*

**AQUA ASTHMATICA AUGUSTANORUM** correcta  
a KLEINIO (sec. SPIELMANNUM).

Rec. Rad. Enulae Unc. duas, Irid. Florentin. Unc. unam semis, Herb. Hyssopi, Anthos, Mari veri  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Semini Anisi et Foeniculi, Cinnamomi.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Cardamom minor. Drachm. duas, Croci Scrupul. duos, Spirit. Vini Unc. duodecim, Aquae Hyssopi cohobatae Unc. viginti quatuor. Digesta per triduum, destillentur.

**AQUA ATRIPLICIS FOETIDAE seu VULVIRIAE.** Stinkenden-Wasser. *Eau d'Arrache puante.*

Rec. Herb. Atriplicis foetidae recent. Libras duas, Aquae Libras duodecim. Herbam in sacum include, ita in media cucurbita suspensam, ut aquam attingere non possit, et distillatione Libras sex elice. (Melius est, ex Herba recenti uti Aquam Chamomillae [p. 56] parari.)

**AQUA AURANTIORUM CORTICUM** seu **Corticium Aurantiorum.** Pomeranzenschalen-Wasser. *Eau d'Ecorce d'Oranges.* — Paratur ex Corticibus Aurantiorum uti Aqua Cinnamomi (p. 58). — Aqua subturbida, odore fortis, grata aromatico Aurantiorum.

**AQUA AURANTIORUM CORTICUM LACTICINOSA** Pharm. Hispan. — Uti Aqua Cirti Cort. lactucinosa paratur.

**AQUA AURANTIORUM CORTICUM VINOSA** seu **SPIRITUOSA.** Weiniges oder Geistiges Pomeranzenschalen-Wasser. *Eau d'Ecorce d'Oranges avec du Vin.*

Rec. Cortie. Aurantiorum recent. Libram unam. Concisus Vini albi Librae octo infundantur et destillentur ad Dimidium.

**AQUA AUREA** v. Aqua phagedaenica.

**AQUA AUREA LANGH ex SCHROEDERO.** Langs Gilden-Wasser. *Eau d'Or de Lang.*

Rec. Flor. recent. Lilio. convall. Manip. duodecim. Macerentur cum Vini albi generosi Libr. tribus per dies 8, destillent ex bals. Mariae. Liquori elicito adde Aq. Ceras. nigror. Libr. unam semis, Flor. Lavend. Man. unum semis, Anthos Man. unum, Caryophyllor., Macid.  $\frac{1}{2}$  Scrupul. duos, Squill. ppt. Drachm. duas semis, Cubebar. Drachm. semis, Rad. Paeoniae et Dictamn. albi  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas. Post suff. digest. destillent lege artis. Producto elicito addi possunt Visci querne et Rad. Paeoniae pulverat.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duae.

**AQUA BALSAMI EMBRYONUM** v. Aqua Embryonum.

**AQUA BALSAMICA AD CONORRHOEAM RIVERII.** River's balsamisches Tripper-Wasser. *Eau balsamique contre la chande pisso par RIVER.*

Rec. Rad. Irid. Florentin. Unc. tres, Herb. Dictamni Cretic., Menth. siccae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Semin. Foenicul. Unc. duas, Sem. Ru-

tae Unc. unam, Terebinthinae clarae Venet. Libram semis, Vini albi Libr. decem. Post infusionem per triduum destillentur ad Dimidium ex vesica.

**AQUA BALSAMICA AD CONORRHOEAM** HOFFMANNI eo discrepat, quod Semin. Foeniculi loco Sem. Agni casti, et Unciae unius Semini Rutae loco duas Uncias, porro Herb. Menth. Unc. tres et Dictamn. Cretici Unciam unam super memorati ponderis loco sumit indicat.

**AQUA BALSAMICA ARTERIARUM BINELLI** v. Aqua kreosotica.

**AQUA BARDANA COMPOSITA** ZWELTERI. Zwelfers zusammengesetztes Kletten-Wasser. *Eau de Bardane composée de ZWELTER.*

Rec. Rad. Bardanae recent., Vincetoxic. rec., Cort. med. Rad. Fraxinellae  $\frac{1}{2}$  Libr. duas. Inc. infund. horis 20 in Vini albi et Aceti Rutae  $\frac{1}{2}$  Libr. quinque. Destillent in bals. Mariae addito Ol. Sulphuris quant. suff. ad acorein. Deinde ad singulas Libras adde Camphorae Scrup. pul. unum.

**AQUA BARETGINENSIS ARTIFICIALIS.** Künstliches Mineral-Wasser von Barèges. *Eau de BARÈGES factice.*

Rec. Aquae hydro-sulphuratæ saturat. circiter Unc. quatuor, Aquæ puræ circiter Libr. unam et Unc. semis, Salis Sodaë Gran sedecim. Sal. communis Gran semis Misce et solve.

**AQUA BARYTAE** seu Baryta pura liquida, Solutio Barytae seu Terræ ponderosae aquosa. Barfü-Wasser, Schwererde-Wasser. *Eau de Baryte.*

Rec. Barytae puræ pulveratae Unc. semis, Aquæ destillatae Unc. decem. Misceantur et digerantur caloris ope in vitro bene obturato, donec Aqua saturata sit; solutione refrigerata et deposito pulvere eam turbante, liquor limpidus decantheatur et in vitro optimè clausis servetur. — Liquor decolor, alcalinus, causticus, addito acido sulphurico vel alcalibus carbonicis, item admisso aëre atmosphärico precipitatut alburni præbens. Solutio est Barytae causticæ in Aqua — Vis: caustica, venenata. — Non nisi pro reagente inservit. — Aqua parum alcalina removetur.

**AQUA BARYTAE AUGUSTINI** v. Liquor Terræ ponderosæ salitæ.

**AQUA BECCABUNGAE.** Bachbungen-Wasser. *Eau de Beccabunga.* — Paratur ex Herb. recenti uti Aqua Cochleariae. — Nonnullae Pharmacopœiae Succum expressum ex Herba recenti fere ad siccum destillari præscribunt.

**AQUA BELLILUCANA ARTIFICIALIS.** Künstliches Mineral-Wasser von Balaruc. *Eau de BALARUC factice.*

Rec. Aquæ aeratae duplum Volumen Gasis continentis Unc. viginti et semis, Salis communis Drachm. unam semis, Calcis salit. Gran. duodecim, Magnesia salit. Gran. quinquaginta sex, Magnes. albae Granum unum. Misce et solve.

**AQUA BELLIDIS MINORIS.** Maßlieben-Wasser. *Eau de Paguelette ou petite Marquerite.* — Paratur ex Herb. florente recente ut Aqua Cochleariae.

# AQUA BENEDICTA COMPOSITA — AQUA BRYON. COMPOS. 49

**AQUA BENEDICTA COMPOSITA v. Aqua Calcis composita.**

**AQUA BENEDICTA RULANDI v. Vini antimoniatum.**

**AQUA BENEDICTA SERPILLI. Quendel-Heilwasser. Eau benit de Serpolet.**

Rec. Herb. Serpill. siccat. Libr. duas, Satu-reja florentis, Thymi florentis, Flor. Chamomillae roman.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Cinnamomi Unc. tres, Macidis Unc. semis. Incisa et contusa misce, atque per biduum Vini albi generosi Libr. duodeviginti infusis, lento igne destilla, ut Librae octo eliciantur.

**AQUA BENZOICA seu COSMETICA. Benzoë-Wasser oder Schönheits-Wasser. Eau de Benzoin.**

Rec. Tinctur. Benzoës Drachm. tres, Olei Tartari per deliquium Drachm. duas, Aquae Rosar. Unc. octo.

**AQUA BERGAMOTTAE. Bergamott-Wasser. Eau de Bergamotte.**

Rec. Spirit. Vini Gallici optimi Congios duos, Spir. Vini rectificatissim. Aquae fontanae  $\frac{1}{2}$  Congium, Olei Bergamottae, antea cum Saccharo triti Unc. unam. Destillando in balneo Mariae elice sex quadrantes. — Alia formula Cort. Bergamott. N° quatuor, Cort. Aurantior. N° duo, Cort. Citri N° unum, cum Sacchari raffinatis Libris duabus, Spirit. Fruimenti Octarii tribus et Aquae destillatae Sesquioctario in balneo Mariae destillari praescribit.

**AQUA BERULAE Wassermerk-Wasser. Eau de Berle.** — Paratur ex Sio angustifolio recenti, uti Aqua Acetosae (p. 39).

**AQUA BETONICAE. Bétonien-Wasser. Eau de Betoine.** — Paratur ex Herba recenti, uti Aqua Cochleariae.

**AQUA BETULAE Birken-Wasser. Eau de Bouleau.** — Paratur ex Foliis junioribus Betulae recentibus una cum Ramulis et Geminis, superaſſundendo ſufficientem Aquae quantitatē et tamdiu destillando, quandiu Aqua oleo aethereo praegnans prodit. — Aqua grata odora, balsamica, medicorum attentione in arthritide cet. digna.

**AQUA seu VINUM BETULAE ARTIFICIALIS. Künstliches Birken-Wasser. Eau de Bouleau factice.**

Rec. Sacchar. albi Aqua soluti Libr. sex, Vini albi seu rubri Octarios sex, Succi fruct. Citri N° trium, Aquae Octarios duodecim, Faecum Cerevisiae Cochleariae duo. Misce et fermentationi ſubjice.

**AQUA BEZOARDICA LANDGRAVII. Landgrafs bezoardisches Wasser. Eau bezoardique du LANDGRAVE.**

Rec. Rad. Gramin., Scorzonerae, Valerian., Dictamn. alb.,  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Sem. Acetosae, Citri, Card. bened.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Herb. Caleg., Endiv., Acetos.  $\frac{1}{2}$  Manip. unum, Herb. Capill. Ven. Man. semis, Flor. Cyani, Calendulae, Borragin., Buglossi  $\frac{1}{2}$  Man. unum., Lign.

Santal. omnium specierum  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Cort. rec. Citri Unc. unam. Affunde Aq. Endiviae, Borragin., Buglossi, Melissae, Card. bened., Calendul., Acetosae, Scabiosae, Graminis  $\frac{1}{2}$  Libr. semis. Destillent ex balm. Mar., tunc adde Corn. Cerv. ppt., Margar. ppt., Corall. ppt., Lapid. 5 pretios. ppt., Oss. de Corde Cervi, Succini  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam. M. — Praeceptum quam maxime ineptum!

**AQUA BINELLI conf. Aqua kreosotica.**

**AQUA BONFERMI v. Tinctura aromatica.**

**AQUA BONNENSIS ARTIFICIALIS. Künstli-ches Bonner Mineral-Wasser. Eau de Bonnes fuitice.**

Rec. Aquae purae circiter Libr. unam et Unc. unam, Aquae hepaticae circiter Unc. quatuor, Salis communis Grana triginta, Salis amari Granum unum. — Misce et solve.

**AQUA BORRAGINIS. Borasch-Wasser. Eau de Bourrache.** — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Cochleariae.

**AQUA BORVONENSIS ARTIFICIALIS. Künst-liches Bourbon-Wasser. Eau de Bourbonne les Bains.**

Rec. Aquae aëratae, duplum Aeris fixi Volumen continentis, Unc. circiter viginti et semis, Salis communis circiter Drachm. unam, Calcis salis Gran. decem. — Misce et solve.

**AQUA AD BOTIUM v. Aqua strumalis.**

**AQUA DE BOUQUET v. Aqua Florum.**

**AQUA BRYONIAE COMPOSITA. Zusammen-geßtes Zaunrüben-Wasser. Eau de Bryone composée.**

Rec. Nuc. Moschatar., Ciunamom., Lign. Aloës, Macidis  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Herb. Anthos, Salviae  $\frac{1}{2}$  Manip. unum, Castorei Drachm. sex, Faeculae Bryoniae Unc. semis, Succi depurat. Matricariae, Mercurialis  $\frac{1}{2}$  Libr. unam. Post trium dierum digestionem fiat destillatio in balneo Mariae. — Pharm. Belgica Castorei Unc. unam cum Spirit. Vini Unc. octo ext-rahī, residuo admisceri, Herb. recent. Sabinae, Pyrethri, Catariae, Pulegii, Basilici  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cort. Aurantior., Myrrhae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Rad. Bryoniae recent. raspat. Libr. duas, Spirit. Vini Libr. quatuor, Aquae commun. quantum sufficit; et post macerationem per horas viginti quatuor, destillando Libr. duodecim elici, et liquorem cum obtenta Tinct. Castorei commisceri praescribit. — Pharm. d'Anvers cum hac formula congruit, nisi quod Herb. Pyrethri loco, Herb. Rutae praescribit. — VAN MONS Castorei Unc. quatuor cum Spirit. Vini Unc. octo ext-rahī praescribit, residuum cum Herb. recent. Basilici, Cata-riae, Matricariae, Pulegii et Sabinae  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Cort. Aurantior., Myrrhae  $\frac{1}{2}$  Unc. octo, Herb. Rutae Unc. duodecim, Succi Rad. Bryoniae Unc. quadraginta octo, Spirit. Vini Unc. triginta sex et Aquae Unc. sex commis-ſeri, tunc Unc. centum quadraginta octo ab-ſtrahi, et liquori elicto Tincturam Castorei admisceri. — Secundum aliam formulam Castorei et Myrrhae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Cort. Aurant., Herb. Sabinae  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Succ. Artemisiae,

## 50 AQUA BUFONUM — AQUA CALCIS COMPOSITA

Pulegii, Rutaes  $\frac{1}{2}$  Unc. triginta sex. Succi Bryoniae Unc. centum viginti cum Spiritu Vini Unc. centum quadraginta quatuor, Aquae Unc. ducentis quadraginta commisceri et inde Unc. ducentas et quadraginta abstrahi monet. — GRAYI formula cum hac in capite rei congruit, praeter designatas materias, excepto Succo Pulegii, autem etiam Herb. Matricariae, Catarriae, Pulegii  $\frac{1}{2}$  Manipul. duos, Herb. Basilici et Dictamni, cretic.  $\frac{1}{2}$  Manip. unum praescribit.

AQUA BUFONUM v. Aqua Typhorum Cervi.

AQUA BUGLOSSI. Öhfenzungen-Wasser. Eau de Buglossé. — Paratur uti Aqua Lactucae.

AQUA BURSAE PASTORIS. Täschelkraut-Wasser. Eau de Tabouret ou de Bourse à BERGER. — Paratur uti Aqua Cochleariae.

AQUA AD CACHEXIAM VIRGINUM. Wasser wider die Bleidysföh. Eau contre la Chlorose.

Rec. Flor. Chamomill., Rad. Zinziber, Anthophyllor.  $\frac{1}{2}$  Unc. unani, Myrrae, Rad. Galangae  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas. Inc. et cont. assundo Vinis albi generosi Mensur. duas; et post macerationem per dies quinque destillent lege artis.

AQUA CAKILES. Meersenf.-Wasser. Eau de Coquillier. — Paratur uti Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CALAMI AROMATICI. Kalkwasser. Eau de Calamus aromatique. — Paratur ex Radice uti Aqua Angelicae.

**AQUA CALCIS. Kalk-Wasser. Eau de Chaux.**

Synon.: Aqua Calcariae, Calcar. ustae, Aqua cum Calcis, Solutio Calcis seu Oxydi Calcii, Calcaria pura liquida, Aqua adstringens Ph. Lusit.

Rec. Calcis vivae, recenter ustae, Libr. duas.

Conspergantur in vase fistili Aquae circiter Libra, et post plenam extinctionem admisces

Aquae purae frigidae Libras centum.

Stent in vase clauso, quod saepius conquessetur, per horas vinti quatuor, tunc seponantur, et liquor limpidus a sedimento decanthetur, et in vitris optime obturatis servetur. — Liquor aqueus, sapore alcalino, siccante; ad reagentia alcalium modo sese habens; aëris aditu turbatur, et calcariam carbonicam deponit. — Est solutio Calcis in Aqua. —

**Vis:** siccans, adstringens, antacida, alterans, lithontriptica.

Sit saporis alcalini, addita solutione alcali cuiusdam carbonici valde turbetur; aqua vix alcalina, fere insipida, rejiciatur.

**Usus:** Tam internus quam externus; cave commisceas cum acidis vel salibus eam decomponentibus. — **Praep.:** Linimentum Calcis, Aqua phagedaea-nica; additur aliis quoque compositionibus.

AQUA CALCIS seu CALCARIAE ACIDULA, Aqua Carbonatis aciduli Calcis, Supercarbonatis Protoxydi Calcii. **Koh-lensaures Kalk-Wasser. Eau de Carbonate acide de Chaux.**

Rec. Aquae Calcis Libram unam, Aquae de-stillatae Libras duas, easque infunde apparatu WOULFIANO; transeat Aer fixus, donec liquor limpidus appareat.

AQUA CALCIS ANTIMONII CUM SULPHURE HOFFMANNI, Aqua Calcariae sulphato-stibiatæ AUGUSTINI. Hoffmanns Schwefelspiegelanz. Kalk-Wasser. Eau de Chaux sulphurée et antimoinee.

Rec. Calcis Antimonii cum Sulphure Drachmas duas. Coque cum Aquae fontanae Libr. quinque ad remanentes Libras quatuor.

AQUA CALCIS CERATA seu CUM CERA. Kalk-Wasser mit Wachs. Eau de Chaux avec de la Cire.

Rec. Aquae Calcis ex Conchis Ostrearum re-center paratae Libr. unam, Ceræ flav. Drachm. tres. Post sufficientem triturationem digerantur leni arenae calore, tunc coletur.

AQUA CALCIS CUM CHINA v. Infusum Chinæ cum Aqua Calcis.

AQUA CALCIS EX CONCHIS OSTREARUM. Kalk-Wasser aus Austerschalen. Eau de Chaux avec les Coquilles. — Paratur ex Conchis re-center calcinatis cum Aqua pura, uti Aqua Calcis ex Calce viva.

AQUA CALCIS PRIMA seu POTASSATA. Kalihaltiges Kalk-Wasser. Eau de Chaux potassé. — Paratur, Calcem vivam cum octo solummodo Partibus Aquæ digerendo, et post sufficientem extractionem liquorem clarum decanthando. — Praeter Calcem etiam Kali causticum continere fertur.

AQUA CALCIS SECUNDA Pharmaco p. Sardoa e fit, si residuum praecedentis denuo septem Aquæ Partibus superassunditur, et uti antea tractatur.

AQUA CALCIS COMPOSITA seu AQUA BENEDICTA COMPOSITA. Zusammengesetztes Kalk-Wasser. Eau de Chaux composée.

Rec. Rasurae Lign. Guajaci Libr. semis, Rad. Liquirit. Unc. unam, Cort. Lign. Sassafras Unc. semis, Semin. Coriandr. Drachmas.

tres. Aquae Calcis Libr. sex. Macerentur in vase clauso sine calore per biduum et colentur. — **Pharmac.** Lusitanica praescribit Aquae Calcis Libr. quatuor, Ligo. Sassafras Unc. duas, Nuc. Moschat. Drachm. tres et Rad. Liquirit. Unc. unam. — **VAN MONS** formula cum hac congruit, nisi quod Aquae Calcis tres solummodo Libras prescribit. — **PIERQUINUS** formula: Rec. Lign. Sassafras Unc. semis, Radic. Liquirit. Unc. unam, Aquae Calcis Libr. sex. — **BORRIUS** formula: Rec. Radic. Althaeae, Saponariae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Sapparill., Lign. Sassafras  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Aquae Calcis Libr. quatuor. Post duor. dierum macerationem cola et alde Syrupi quinque Rad. aperientium Unc. duas. Misce.

**AQUA CALCIS VULNERARIA** seu AQ. VULNERARIA **Pharmac.** Sardoae.

Rec. Herb. recent Plantagin., Sanicul., Hyperici, Pyrolae  $\frac{1}{2}$  Manip. unum, Calcis vivae Libr. duas. Calcem pulveratam supra herbas concisas conjice et per plures dies macera. Infunde deinde Aquae purae Libr. decem. Post decem horarum macerationem decantha et infunde denuo Aquae Plantaginis Libr. decem. Macera per horas duodecim et ambos liquores commisce. — Compositio quam maxime inepta.

**AQUA CONTRA CALCULUM HUNGARI** ex SCHROEDEBO. Stein-Wasser eines Ungaren. *Eau contre la Pierre.*

Rec. Nucl. Persicorum Unc. tres, Armeniacarum Unc. duas, Cerasor. Unc. quinque, Sem. Berberum, Sambuci, Cynosbati  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Mespili, Alkekengi  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Amygd. amarar. Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. duas, Sem. Melon. Unc. unam, Petrosel. Unc. semis, Althaeae, Foenic.  $\frac{1}{2}$  Drachm duas semis, Sem. Saxifrag. Bardanae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam semis, Hb. Herniariae Man. tres, Rad. Ononid. et Petrosel.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis. Conc. cont. superaffunde Vini Malyatici Libr. decem. Post 8 dierum digestionem destilla.

**AQUA DAS CALDAS DA RAINHA ARTIFICIALIS** **Pharmac.** Lusitanicae.

Rec. Aquae hepaticae, sex Aëris Volumina continentis, Unc. viginti octo, Aquae aërae, quatuor Aëris Volumina continentis, Unc. quatuor, Salis Glauberi Grana duodecim, Sal. commun. Scrupul. unum, Croci Martis aperi- tivi Grazi quadrantem. Misce et solve.

**AQUA CALENDULAE** Ringelblumen-Wasser. *Eau de Souci.* — Ut Aq. Fumariae paratur.

**AQUA CAMPHORÆ** Kampher-Wasser. *Eau de Camphre.*

Rec. Camphorae, Spiritus Vini ope pulvri- satae Drachm. semis, Aquae purae Libr. duas semis. Misce in vitro clauso, saepius exagitando, donec Aqua saturata sit; deinde sepone et filtra. — Si Camphora cum quarta Magnesiae ustae vel Cretae albae Parte intime miscetur, facilius in Aqua solvi fertur. Solutio autem filtranda. — **AUGUSTIN** Camphorae Drachmam dimidiadum cum Sacchari albi Drachmis duabus et Aquae purae Unc. quatuor terendo commis- ceri praescribit.

**AQUA CAMPHORÆ AETHREA.** Kam-

pher-Wasser mit Aether. *Eau ou Hydrole de Camphre éthère.* — Solutio est Camphorae Drachm. duarum in Naphthae Vitrioli Drachm. sex, cui admiscetur Aq. destill. Unc. quindecim.

#### AQUA CAMPHORATA BATEANA.

Rec. Chalcanth. Vitrioli Romani, Boli Armeniae  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Camphor. Unc. unam. Misce, fiat pulvis, de quo projice Unc. unam in Aquae bullientis Libr. quatuor, amove ab igne, ut subsident faeces. — **SWEDIAUR** praescribit Vitrioli coerulei Semiunciam et Camphorae Drachm. duas in Aquae bullientis Libris quatuor solvi et post refrigerationem colari.

**AQUA AD CAPILLOS DENIGRANDOS.** Wasser die Haare schwarz zu färben. *Eau pour noircir les Cheveux.*

Rec. Argenti limati Drachm. unam. Solve in Aq. Fortis Unc. una, et admisce Aq. Rosarum Unc. quatuor, in quibus Vitrioli viridis Drachma una soluta est.

**AQUA CAPONIS FLORENTINORUM CORRECTA.** Kapau-Wasser. *Eau de Chapon.*

Rec. Caponem evisceratum, in frusta dissecatum. Coquatur leni igne cum Aqua, usque dum caro ossa relinquit. Uncis duodecim hujus jusculi, ablata ante omni supernatante pinguedine, ad jiciantur Aq. Rosar. Unc. duodecim, Aq. Cinnamomi Unc. duae. Misceantur. — Aquae Rosar. loco, Aqua Rubi Idaci quoque sumi potest (vid. etiam Jusculum). — Pristinae Pharmacopoeiae, e.g. Helvetica, Decocci Capon. Libr. duas semis cum Florum quatuor cordialium  $\frac{1}{2}$  Drachm. duabus, Cinnamomi Unc. una, Aquae Borragin. et Buglossi  $\frac{1}{2}$  Libr. una semis, ex balneo Mariae ad siccum distillari jubebant. Hoc modo et similibus aliis autem nihil aliud obtinetur nisi Aqua Cinnamomi debilis, vel alia Aqua aromatics, odore animali quodammodo mixta.

**AQUA CARBONATIS NATRI** seu SODAE v. Aqua Soda.

**AQUA CARBONATIS AMMONIAE** v. Spirit. Sal. Ammoniac. aquosus.

**AQUA CARBONATIS** seu CARBONICA FER-RI v. Aqua chalybeata.

**AQUA CARBONATIS POTASSAE ACIDULA** v. Aqua aërata alcalina (p. 49).

**AQUA CARBONICA** v. Aqua aërata (p. 39)

**AQUA CARBUNCULI** seu CONTRA CARBUN- CULUM. Starfunkel-Wasser. *Eau contre les Charbons.* sec. Pharm. Wirtemb., Helvetic., Dispensat. Brunsvicens., SPIELMANNUM et cetera.

Rec. Herb. Majoran. et Salviae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Flor. Lavendul. Unc. quatuor, Flor. Lilior. convallium, Anthos et Rosarum, Cinnamom. acut., Cardamom. minor.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Nuc. Moschat. Macidis, Caryophyllor., Rad. Zinziber., Galangae, Baccar. Juniperi  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Spirit. Vini rectificat. Libr. unam, Aquae Rub. Idaci et Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Libr. tres. Fiat infusio per octiduum loco tepido, postea destillatio ad Dimidiias. Liquori destillato splendoris vulgo expediti causa Folia Auri immersi solent. — **Pharmac.** Palatinæ formula:

## 52 AQUA DEL CARCERATA DI ROMA — AQ. CARMELITARUM

Rec. Flor. Anthos, Lilior. albor., Violar., Borragin.,  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Flor. Lavendulae Unc. unam, Herb. Majoran., Salviae, Nuc. Moschat., Macid., Rad. Zinziber., Caryophyllor., Cinnamom., Galangae, Baccar. Juniperi, Visci quercin., Semin. Paeoniae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Cardamom. Unc. unam, Vini Malyatic., Aquae Rosar., Fragorum et Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Libr. tres. Fiat infusio per octo dies loco tepido, postea sec. art. destillatio. Liquori destillato splendoris ergo aliquot Folia Auri immagrantur. — SCHROEDERI formula cum hac fere congruit, nisi quod praeterea liquorem elicitum iterum cohobari suadet, in alembici rostro Moschi Granis quinque suspensis, et Margarit. ppt., Lapid. Cancror. et Oss. de corde Cervi  $\frac{1}{2}$  Unc. semis in petia ligatae immersi.

### AQUA DEL CARCERATA DI ROMA v. Aqua vulneraria CLEMENTINA.

### AQUA CARDIACA OFFICINALIS. Pharmae. Helvetic. Herj-Wasser. Eau cordiale officinale.

Rec. Aq. Borragin., Buglossi, Cerasor. nigror., Rosar., Violar., Rub. Idaci  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Aquae Cinnamomi c. Vino Unc. unam, Julepi Rosar. Unc. unam semis. Matr. Perlar. ppt., Corallior. albor. ppt.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam. — Misceantur usui.

AQUA CARDIACA, Pharmac. castrensis Ruthenae. — Constat ex Spirit. Vini simpl. Libr. una, Aq. bullientis Libr. quatuor, Sacchar. Unc. duabus ad quatuor, quae misceantur Interdum addi solet Succus Oxyccoci vel Citri.

AQUA CARDIACA PERLATA v. Aqua confortativa.

AQUA CARDUI BENEDICTI. Cardobenedicten-Wasser. Eau de Chardon bénit. — Paratur ex Herba florente recenti uti Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CARDUI BENEDICTI FERMENTATIONE PARATA, sec. JUNGKEN. — Obtinetur, si Herba recent conc. cum sexta Salis communis et quadragesima octava Salis Alcali Parte, uti et pauxillo Fermenti, porro Aquae pluvialis calidae Partib. Herbam duodecuplo excedentibus per 8 ad 14 dies fermentationi subjicitur, et postea ex vesica destillatur. — Liquor primum prodiens, valde spirituosus, praeципue sudorifer putatur. Postea debilior destillat, qui vehiculi loco mixturi, aliisque medicamentis blandioribus admisceri suadetur.

AQUA CARDUI MARIAE. Mariendistel-Wasser. Eau de Chardon Marie. Pari modo sitque Aqua Cardui bened. paratur.

AQUA CONTRA CARIEM PLENCHI v. Aqua Fortis mercurialis.

AQUA CARLINAE. Eberwurz-Wasser. Eau de Carline. — Paratur ex Radice uti Aqua Angelicae (p. 43).

AQUA CARMELITARUM seu CARMELITANA, Aqua Melissae composita seu Aqua Melissae magistralis, Spiritus Melissae compositus, Alcohol Melissae

compositus, Aqua aromatica, Spiritus aromaticus. Carmeliter-Wasser, Gewürz-Wasser, zusammengefügtes Melissen-Wasser oder Geist. Eau de Carmes, Alcoolate de Mélisse composé.

Rec. Herb. Meliss recent. Libr. unam semis, Flaved. Cort. Citri recent. Unc. quatuor, Nuc. Moschat., Semin. Coriandri  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Cinnamom. acuti, Caryophyllor.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Inc. affundantur Spirit. Vini rectificat. Libr. sex, Aquae Meliss. Libr. duas. Post digestionem per biduum distillentur ad quintae Partis remanentiam; spiritus eductus servetur.

LEMERYI formula correcta sec. SPIELMANNUM et Pharmac. Ferrariensem parum ab hac discrepat. Ad Herb. Meliss. recent. Unc. duodecim, Flaved. rec. Cort. Citri Unc. duas, Nuc. Moschat Unc. unam, Sem. Coriandr. Unc. quatuor, Caryophyllor., Cinnamom.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam et Rad. Angelicae Unc. semis, Spirit. Vini rectificat. Unc. sexaginta quatuor sumi, et destillando Uncias quadraginta elici praescribit. — Pharmac. Hannoveranae, editionis primae, formula cum ea, quam supra primam dedimus, congruit, nisi quod Nuc. Moschat. Unc. tres, Semin. Coriandr. loco Rad. Angelicæ Unc. tres, Cinnamom acuti loco Cassiam cinnamom., et Aquae Meliss. Libr. tres Librarum duarum loco praescribit, et destillando Libras septem elici jubet. — Pharmac. Hassiae El. formula eo solunimodo ab hac discrepat, quod Sesquilibarum loco duas Melissæ recent. Libr. sumi jubet. — Pharmac. Austriacæ formula ad SPIRITUM AROMATICUM quoque cum nostra prima congruit, nisi quod Unciarum duarum Sem Coriandri loco octo Uncias, et insuper Rad. Angelicæ Unc. unam praescribit, porro Librar. sex loco, octo Spirit. Vini rectificat. p. spec. o,850 Libras sumi et destillando abstracti Libras sex. — Pharmac. Amstelodamensis, Batava et Belgica ad Herb. Meliss. modice siccatae Unc. quatuor, Cort. rec. Citri, Nuc. Moschatae, Sem. Coriandri  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Caryophyllor., Cinnamom.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Spirit. Vini simpl. Libr. quinque praescribunt et destillando abstracti Libr. tres. — Dispensatorium Fuldense praescribit Herb. Melissæ Unc. sedecim, Cort. Citri Unc. quatuor, Flor. Cassiae Unc. duas, Nuc. Moschat. Unc. unam, Caryophyll. Drachm. duas et Vini albi generosi Libr. octo; de quibus destillando elici Spiritus Libr. quatuor. — Pharm. Hispanica ad Herb. Meliss. rec. Unc. octo, Flaved. recent. Cort. Limonum et Aurantiorum  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Nuc. Moschatae, Semin. Coriandri  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cinnamomi Unc. semis, Spirit. Vini rectificati Libr. quatuor praescribit, et dimidiā Partem destillando elici. — Pharmac. Lusitanicae formula: Rec. Herb. recent. Melissæ Libr. duas, Flaved. Cort. Limonum Unc. quatuor, Cinnamoni electi pulverat. Unc. duas, Nuc. Moschatae Unc. unam, Caryophyllor. Drachm. duas, Spirit. Vini Libr. decem; distillent Librae quinque. — Pharm.

Palatinae formula: Rec. Flor. Rosar. rubr., Anthos  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Flor. Lavendul., Liliol. convall.  $\frac{aa}{aa}$  Manip. tres, Hb. Majoranae, Melissae  $\frac{aa}{aa}$  Man. unum, Cardamom., Caryophyllor., Macid., Cubebar.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Cinnamom. Unc. duas, Spirit. Cerasor. nigror. Mensur. sex. Post decem dierum digestionem distillent per alembicum. — VAN MONS formula: Rec. Cinnamom., Caryophyllor., Nuc. Moschat., Sem. Anisi et Coriandri  $\frac{aa}{aa}$  Partem unam, Herb. Hyssop., Majoran., Anthos, Salviae, Thymi  $\frac{aa}{aa}$  Part. duas, Flaved. rec. Cort. Citri, Rad. Angelic.  $\frac{aa}{aa}$  Part. quatuor, Herb. Meliss. recent. Part. duodecim, Spirit. Vini Part. centum et nonaginta duas; distillatione eliciantur Partes centum et viginti octo. — Pharmac. Gallica formula, quam omnino genuinam esse ferunt: Rec. Cinnamomi pulv., Caryophyllorum integror., Nuc. Moschata cont., Sem. Anisi cont., Sem. Coriandr. cont., Cort. Citri sicc. et conc.  $\frac{aa}{aa}$  Part. unam. Spirit. Vini rect. (22° Baumé) Part. mille. Singula seorsim macerentur per biduum, triduumve, pro temperie aëris, in Spirit. Vini designati Part. nonaginta sex. Destillent deinde e bals. Maris, ita ut guttatum solummodo stillet, et liquor stillatius cujusque singulatim excipiatur et servetur in lagunculis perfecte obtutatis. Altunde, simil modo et lege, et pari Spiritus Vini ratione per biduum infundantur, distillentque singula seorsim, Angelicae Herba tota, caule jam elato, foliis evolutis, nec Radice ipsa exclusa, si libuerit, Herba Floresque, caulibus exclusis, Anthos, Majoranae, Hyssopi, Thymi et Salviae. Omnia autem proprio tempore, quo scilicet maxime fragrant, colligenda sunt et distillationi committenda. Praeterea eodem modo eademque ponderum ratione macerentur et distillent Folia mundata, e medio caule ad summum usque decerpia, Melissae, collectae mense Mayo præsertim et nondum floridae, aut etiam repullulant mense Septembri. Omnia singulatim lagunculae propriis notis distinctae asserventur in usum nunc exponendum: His ita confectis, tribus in amphoris aut dolioribus misceantur. In prima Spiritus abstracti de Aromaticis siccis; de Cinnamomo Part. tres semis, de Caryophyllis et de Nuce Moschata  $\frac{aa}{aa}$  Part. tres, de Sem. Anisi P. duas, de Coriandri P. tres semis, de Cort. Citri Part. quartam. In secunda Spiritus de Herbis odoratis, de Angelica Part. decem, de Anthos P. sex, de Majorana P. septem, de Hyssopo P. octo, de Thymo P. septem, de Salvia P. quindecim cum dimidia. In tertia Spiritus de Melissa solus continetur. Quibus ita dispositis, desumantur ex amphora priori, Aromaticum scilicet, Part. quinque, ex amphora Herbarum Part. quinque, ex amphora Melissae Part. quinque cum dimidia. Commisceantur omnia, et in cucurbita destillatoria, additis Aquae fontanae decima totius Parte, et Sacchari octogesima in pulverem redacti, e bals. Maris distillent, donec quinta Pars tantum supersit; quod autem stillaverit in excipula, erit AQUA MELISSÆ PERFECTIONI. — Reliquarum Pharmacopœiarum formulae in capite rei cum nostra priori congruent. (Conf.

etiam AQUA AROMATICA [p. 46] et SPIRIT. AROMATICUS.)

AQUA CARMINATIVA. Wind-Wasser. Eau carminative ou contre les Vents.

Rec. Herb. Absinth. Pontic. Unc. semis, Centaur. minor., Pulegii, Origani  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Flor. Chamomill. Roman. et vulgaris  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam semis, Semin. Aneth. Unc. duas, Anisi, Foeniculi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Carvi Unc. semis, Flaved. cort. Aurant. Unc. duas; inc. et cont. infundantur per quadriduum in Aquae fontan. Libr. duodecim, postea ad residuum unius Tertiae destillentur. — Pharmacop. Austriacae formula: Rec. Hb. Abrotani, Menth. crisp.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam semis, Flor. Chamom. Roman. Unc. sex, Cort. Aurant. et Citr., Semin. Coriandr., Foenicul. et Carvi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam semis, Aquae fontan. Libr. sedecim; post digestionem per 24 horas destillentur ad Dimidiis. — Dispensat. Brunsvicensis formula ad AQUAM CARMINATIVAM DORNKRELLII: Rec. Flor. Chamomill. Roman. Unc. sex, Flaved. Cort. Aurant. Unc. unam semis, Herb. Absinthii Pontic. Unc. semis, Herb. Meliss., Pulegii, Origani  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Sem. Aneth. Unc. quatuor, Anisi et Foenicul.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas semis, Carvi Unc. unam semis. Digerere cum Aquae Chamomill., bis super Flores cohobatae, Libr. sedecim per octiduum, tunc destillent dimidia Pars.

AQUA CARMINATIVA PER INFUSIONEM seu IMMORTALIS, Claretum ex sex Seminibus.

Rec. Sem. Coriandr., Foenicul., Dauci, Anisi, Carvi, Anethi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis. Parum contusis affunde Spir. Vini optimi Libr. quatuor; stent per aliquot dies in digestione, postea addantur Sacchari clarificati Unc. duodecim, et liquor, per chartam emporeticam filtratus, servetur.

AQUA CARMINATIVA FRIDERIC. I., REGIS BO. RUSSIAE.

Rec. Flaved. Aurant. Chinensis recent., Flav. Citri recent.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Sal. Tartar. Drachm. unam. Infundatur cum Vini Tocavensis Unc. viginti quatuor per aliquot dies, deinde destilletur Spiritus, qui edulcoretur Julepi Rosarum Unc. una.

AQUA CARMINATIVA SPIRITUOSA DORNKRELLII.

Rec. Flor. Chamomill. Roman. Unc. duodecim. Infundatur in Aquae Chamomill. Unc. centum quadraginta per octiduum; exprimantur forti expressione. Liquori expresso addantur Hb. Absinthii Pontic., Pulegii, Origani., Centaur. min.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duae, Sem. Anethi, Anisi, Foeniculi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. una, Sem. Carvi Unc. semis, Bacc. Juniper. et Lauri, Rad. Calam. arom. et Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Cinnamomi Unc. semis, Spirit. Vini Libr. sedecim; post sufficientem digestionem instituatur destillatio. — Pharmac. Wirtembergicae et Helvetiae formula ad AQUAM CARMINATIVAM SPIRITUOSAM: Rec. Rad. Calam. arom., Herb. Menth. crisp., Serpilli  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Flor. Chamom. Roman. Libr.

54 AQ. CAROL. FACTIT. sec. KLAPR. — AQ. CAUSTICA SCHROED.

semis, Sem. Anisi et Foenicul.  $\frac{aa}{aa}$  Unc duas, Cinnamomi acut. Unc. tres, Nuc. Moschatar., Bacc. Lauri et Juniper.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Cort. Aurant. rec. Unc. duas, Spirit. Vini Libr. novem, Aquae fontan. Libr. quinque; post digestionem per triduum destillentur Libr. decem. — VAN MONS praescribit Sem. Anis. stel lat. Part. unam, Foenicul. Part. duas, Flor. Chamomill. Part. tres, Cort. Aurant. Part. sex cum Spirit. Vini Part. viginti quatuor et Aquae Part. centum sexaginta destillari, donec Part. quadragesita octo elicitas sint.

AQUA CAROLINA FACTITIA sec. KLAPROTH. Künstliches Karlsbader Wasser. *Eau de Carlsbad factice.*

Rec. Sal mirabil. Glauberi cryst. Grana centum et nonaginta unum, Salis Sodaec rec. crystallis. Gran. centum et viginti septem, Salis communis puri Gran. tringinta novem, Aquae ferventis Unc. tringinta sex. Solutis adde Aquae Selteranae Unc. tringinta sex; quo facto vas sedulo clausum in alio aqua fervente replete ponatur.

AQUA CARVI. Kümmel-Wasser. *Eau de Cumin.* — Paratur uti Aqua Foeniculi.

AQUA CARVI FORTIS v. Spirit. Carvi.

AQUA CARYOPHYLLORUM. Gewürznelken-Wasser. *Eau de Girofles.* — Pari modo ex Caryophyll. aromaticis atque Aq. Carvi obtinetur.

AQUA CASCARILLAE Rasselkölle-Wasser. *Eau de Cascarille ou Chærille.* — Paratur uti Aqua Cinnamomi (p. 59).

AQUA CASSIAE CINNAMOMEAE v. Aqua Cinnamomi.

AQUA CASTITATIS. Reinheits-Wasser. *Eau de Chasteté.*

Rec. Herb. Absinthii Pontic., Menthae, Burseae pastoris, Verbenae, Taraxaci, Fol. Salicis  $\frac{aa}{aa}$  Pugill. duos, Rad. Dictamni Libr. semis, Cynoglossi, Bistortae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam Sem. Agni casti Unc. unam semis, Rutae, Nympheae alb., Cannabis, Lactucae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm sex, Papav. alb., Drachm. duas, Camphorae Drachm. tres. Conc., cont. supera fuisse Vini rubri Libr. decem, et post aliquot dierum digestionem destillent l. artis.

AQUA CASTOREI Pharm. Wirtembergiae. Bibergeis-Wasser. *Eau de Castoreum.*

Rec. Castorei Moscovitici Unc. unam. Aquae quantum satis Destillando Librae duas abstrahantur. — MAYR Castorei Libram unam cum Ciner. clavellat. depurat. Unc. tribus et Aquae fontan. Libris duodecim per 24 horas digeri, tunc ad Dimidiis destillari praescribit.

AQUA CASTOREI VINOSA Pharmac. Bavariae. Weinges Bibergeis-Wasser. *Eau de Castoreum vineuse.*

Rec. Herb. Rutae Part. sex, Castorei Part. unam, Vini alb. Part. septuaginta duas; post macerationem per 24 horas adde Aquae fontan. Unc. septuaginta duas. Destillent Part. septuaginta duas. — Pharmac. Austriaca provincialis praescribit Herb. Rutae rec.

et Castorei  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam cum Aq. font. Libr. septem et Spirit. Vini Libr. una commisceri et abstrahi Libr. sex. (Conf. etiam Aqua Hirundinum cum Castoreo.)

AQUA CATAPULTARUM v. Aqua vulneraria.

AQUA CATARRHALIS VAN MONS. Katarrh-Wasser. *Eau catarrhale.*

Rec. Cinnamom., Herb. Anthos, Salviae, Flor. Lavendulae, Caryophyllor., Nuc. Moschat.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Spirit. Vin. Libr. sex, Aquae font. Libr. duodecim. Destillent igne vivace semper ebulliendo, donec liquor lacteus prodit. — AQUA AD CATARRHOS DESICCANOS SCHROEDERI immittendo Serpillum cucurbitae, et assundendo Vini Malvatic, ad eminentiam quatuor digitorum, et post macerationem per 14 dies destillando obtinetur. Liquor elicitus iterum novae Serpilli quantitatibus assunditur, et radii solis exponitur. Tandem in quaue Libra Aquae hujus infundatur Rasure Ligni Sassafras Unc. semis.

AQUA CATARRHALIS DE SPINA.

Rec. Flor. Salviae, Anthos, Lavendulae, Caryophyllorum, Nuc. Moschat., Cinnamom., Sacchari  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Granar. Paradisi, Macid., Rad. Zedoariae, Sem. Coriandr., Pip. longi et nigri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Herb. Rutae et Absinthii  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Pom. Aurant. N° 1. Conc., cont. digere cum Vini Cretensis Libr. quatuor et Vin. alb. opt. Libr. sex; deinde destillent per arenam.

AQUA CAUPERI v. Decocatum Lusitanicum.

AQUA CAUSTICA seu CATHAERETICA PLENCKI, Liquor ad condylomata. Aeg-Wasser. *Eau caustique.*

Rec. Mercur. sublimat. corrosiv., Alumin. crud. cont.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Ceruss., Camphor.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Spirit. Vini rectificat., Acet. crudi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duodecim. Misce et absue colatura serva. — AUGUSTINI et SWEDLAVI formula eadem est, nisi quod Cerussam omissunt. — Alii praescribunt Merc. sublim. corros. Drachm. unam, Aluminis, Camphorae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis cum Acet. et Spirit. Vini rectif.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis misceri.

AQUA CAUSTICA AD CONDYLOMATA seu PHACEDAENICA GRINDELII, Liquor mercurialis seu Hydrargyri camphoratus, Liquor ad condylomata.

Rec. Mercur. sublinat. corros. Drachm. semis, Camphorae Drachm. unam, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. unam. Misce.

AQUA CAUSTICA AD CONDYLOMATA Pharmac. militaris Danicae et Wurzburgensis, Mixtura gummosa ex Sublimato seu Hydrargyro muriatico corrosivo.

Rec. Mercur. sublim. corros., Sal. Ammoniac.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Aquae destillat. Unc. duas. Dissolve in mortario vitro et adde Gummi arabici pulv. Drachm. duas.

AQUA CAUSTICA SCHROEDERI.

Rec. Pulver. Caryophyllor. Unc. unam, Rad.

Zinziber., Cinnamomi  $\frac{1}{2}$  Gran. quadraginta, Cerussae Drachm. unam semis, Alumin. usi Drachm. semis, Mercur. subl. corros Drachm. unam semis, Spirit. Vini rectificati Unc. tres. Misce exactissime.

AQUA CENTAURI MINORIS. Tausend-Güldenkraut-Wasser. *Eau de petite Centauree.* Paratur ex summittibus recentibus uti Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CENTAURII MINORIS FERMENTATIONE PARATA.

Rec. Herb. Centaur. minor. quant vis. Consuta macerentur, assusa Aqua, ad eminent. 2 digitorum, cum tantillo Salis communis, et putrefiant per aliquot dies, donec subacescant. Postea destillentur in baln. Mariae, usque dum Dimidium Aquae assusae extillarit.

AQUA CENTINODII seu CENTUMNODII. Wegtritts- oder Tausendknöterig-Wasser. *Eau de Centinode.* — Ut Aqua Acetosae (p. 39) paratur.

AQUA CEPARUM. Zwiebel-Wasser. *Eau d'Oignon.* — Ex bulbis recentibus uti Aqua Armoraciae (p. 46) paratur.

AQUA CEPHALICA AROMATICA ex SCHROEDERO. Aromatisches Haupt-Wasser. *Eau cephalique aromatisée.*

Rec. Nuc. Moschat. Unc. unam, Rad. Galang., Calami  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Macid., Caryophyllor., Cinnamomi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Flor. Lavend. Man. unum semis, Vini Rhenani Libr. sex. Post aliquot dierum digestionem, destillent.

AQUA CEPHALICA AD EXTRA ex SCHROEDERO.

Rec. Flor. Lilior. convall., Sambuc., Rosar. albar.  $\frac{1}{2}$  Man. sex, Lavend. Man. duos, Capri. Papaver. N° viginti, Herb. Solani nigr., Man. unum semis, Hyoscyami, Fol. Salicis  $\frac{1}{2}$  Man. quatuor, Camphorae Drachm. unam, Aquae fontan. quant. satis. Digere per noctem, tunc destilla l. a.

AQUA CEPHALICA CAROLI QUINTI Pharm. Wirtemb. Kaiser Karls Haupt-Wasser. *Eau céphalique de CHARLES V.*

Rec. Herb. Majoranae, Meliss., Origan., Flor. Anthos, Lavendul., Lilior. convall., Rosar. rubr., Salviae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Caryophyll., Nuc. Moschatar., Cardamom. minor., Cinnamom., Cubeb., Granor. Paradisi, Macidis  $\frac{1}{2}$  Unc. semis. Inc. et cont. grosso modo infunde in Spirit. Vini opt. Libr. octo; stent per dies sex loco calido, et postea addita Aquae fontan. Libr. una semis, destillentur. — Si libuerit Ambrae griseae et Moschi Grana aliquot cuidam illius destillatae Parti, aut rostro etiam alembici imponi poterunt, pro iis, qui odorem ferre possunt; tunc AQUA CEPHALICA COMPLETA vocari solet. — Pharmac. Palatinæ formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Herbarum et Florum designatorum singulorum Manipul. quatuor, Nuc. Moschatar., et Caryophyllor.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis et Spirit. Vin. rectificat. sex tantum Libr. praescribit, Aqua omissa.

## AQUA CERASORUM. Kirschen-Wasser. *Eau de Cerises.*

*Synon:* Aqua Cerasorum nigrorum. Schwarz Kirschen-Wasser. *Eau de Cerises noirs.*

Rec. Cerasorum nigrorum silystrum recent. Libras viginti. Contusis cum nucleis affunde Aq. fontan. Libras sexaginta. Post macerationem per 24 horas destillando leni igne abstrahere Libras triginta.

Serva loco frigido obscuro in vasis bene obturatis. — Liquor limpidus, odore et sapore grate aromatico subamygdalino. — Est Aqua Oleo Cerasorum aethereo, Acidum Borussicum continente, imprægnata. *Vis:* sedans, Aquæ Amygdalarum amararum similis, multo autem mitior est et gratior.

Aqua admodum debilis, parum odora, vel odore ingrato alieno removetur; non minus ne sit nimis concentrata, odore et sapore pungente acidi borussici, quae ad usum medicum rite diluenda. Unciae octo Aquæ cum liquore argenti nitrico-ammoniati commixtae, tunc addito acido nitri valde diluto paullo in excessu Gramum unum argenti cyanati præbeant.

*Usus:* Interne adhibetur per se vel in mixturi; caute semper, præcipue infantibus, non nisi parva dosi largienda.

Pharmæc. Borussica præscribit Cerasorum acidorum exsiccatorum, cum nucleis contusorum, Partem unam cum sufficiente Aquæ quantitate superaffundit et destillando elici Part. octo. — Pharm. Bavaria ad unam Cerasorum nigr. exsiccat. Part. decem Aquæ et inde destillando duas Part. elici præscribit. — Pharm. Palatina, Wirtembergica, Helvetica, Dispens. Brunsvicense et Pharm. Ferrarensis ad unam Cerasor. nigr. recent. duas Aquæ et inde unam solummodo Part. destillari postulant. — Pharmac. Fennica ex duabus Cerasor. exsiccatorum Part. tres Aquæ Part. destillari jubet. — Pharm. Hannoverana edit. prim. et Oldenburgica ab una Cerasorum duas

## 56 AQUA CERASORUM ALCOHOLICA — AQ. CHAMOMILLAE

Aquae Partes destillando abstrahi jubent. — Pharm. Danica ab una Cerasor. nigror. quatuor Aquae Part., Dispens. Fuldense autem tres destillari proponit. — Pharmac. Austriaca Nucleor. Cerasor. contusor. Part. unam cum Aquae Part. duodecim per 12 horas macerari et Part. octo abstrahi praescribit. — Pharm. Polonica supra tres Nucleor. Cerasor. Part. viginti Aquae abstrahi jubet. — Pharm. Parmensis autem eisdem Nucleorum quantitatibus novem tantum Part. — Pharmac. Sardo a Succum Cerasor. exprimi jubet, carni partem Nucleor. contus. dimidiam addi et tunc e baln. Mariae Part. tertiam destillando elici. — VAN MONS praescribit Succum ex Cerasis enucleatis exprimi, tunc Nucleos contusos cum carne commisceri et uni Parti miscellae viginti Aquae Part. admisceri, deinde destillando sex Part. elici. Plures Pharmacopoeiae novae, ut Pharm. Hannoverana edit. sec., Hassiae El., Slesvico-Holstatica et. Aquae Cerasorum loco Aquam Amygdalar. dilutam (p. 42) sumi suadent.

### AQUA CERASORUM ALCOHOLICA seu SPIRITUOSA Pharm. Saxonicae.

Rec. Cerasor. nigror. cum Nucleis contusor. Part. unan. Aquae communis Part. sex. Mixta stent per dies aliquot ad fermentationis lenioris initia; deinde hinc abstrahantur Part. Aquae duea.

BRUGNATELLI praescribit Cerasa contusa cum aequali Aquae portione fermentationi vinosae subjici, postea cum Decuplo Aquae commisceri et ab una Cerasor. adhibitorum sex Aquae Part. destillando elici. — VAN MONS praeceptio in capite rei cum hac congruit. — Pharm. manualis d'Anvers praescribit Cerasor. nigror. contusor. Part. sex cum Spirit. Vini Part. duabus et Aquae Part. quatuor per tres dies macerari, deinde octo Part. destillando elici. — Aquae haec parum spirituosa per tempus facile acidua evadunt. (Conf. et Spiritus Cerasorum.)

### AQUA CERASORUM AMYGDALATA Pharmac. Borussicae. Kirschen-Wasser mit bittern Mandeln. Eau de Cerises avec des Amandes amères.

Rec. Cerasor. acidor. exsiccator. una cum nucleis contusorum, Amygdalar. amarar. Libr. unam, Aquae fontan. quant. satis. Destillando elice Libr. viginti quatuor.

AQUA CEREBRI HUMANI sec. LEMERY — Olim absurde destillando Cerebrum balneo Matriæ obtinebatur.

AQUA CEREFOLII seu CHAEREFOLII, Aqua Chaerophylli. Rörbel-Wasser. Eau de Cerfeuil. — Párat ex Herba recenti uti Aqua Petroselini.

AQUA CHALYBEATA seu MARTIALIS, Aqua aérata ferrosa, Aqua carbonica Ferri acidula, Aqua Carbonatis aciduli

### FERRI. Stahl-Wasser. Eau chalybeée, Eau carbonique ferreuse.

Rec. Aquae aératae Lagenam. Suspende per epistomium Filum ferreum subtile, spiriliter tortum, et sepone lagenam per aliquot dies ad locum frigidum, tunc exime Filum et serva Aquam in vase optime obturato. — Pharm. Ferrariensis praescribit Limaturea Ferri Unc. semis cum Aquae aératae Libr. una per 24 horas seponi, tunc decanthari. — Alii porro per Liquorem obtentum Aéris fixi torrentem transmitti suadent. — Pharm. Parmensis praescribit Limaturea Martis alcoholis. Gran. unum cum Aquae aératae Libr. una commisceri et seponi, donec saturata sit. — VAN MONS suadet Ferri carbonici recenter parati, adhuc humidi, Aquae aératae Part. centum et viginti octo commisceri et lagenis optime obturatis Aquam supra sedimentum relinqui, eamque, ubi necesse, decanthari.

REUSS et BAERENSPRUNG sec. GUY praescribunt Limat. Mart. Unc. sex cum Spirit. Vitrioli Unc. una et Aquae servidae Libr. septem digeri, tunc filtrari. Hoc modo nihil aliud obtinetur, nisi Vitriolum Martis in Aqua solutum. — Vid. etiam Aqua martialis.

### AQUA CHALYBEATA PRO BALNEIS Stahl-Wasser zu Bädern. Eau chalybeée pour les Bains.

Rec. Aquae fontan. Mensur. ducentas, Olei Vitrioli Gran. quingenta decem et sex, Vitrioli Martis, in pauxillo Aquae soluti, Gran. trecenta et octaginta. Misce et adde, semper agitans, Cineris clavellati depurati, in sextuplo Aquae soluti, Gran. octingenta et quadraginta.

AQUA CHALYBEATA SALINA, Aqua mineralis ferrata seu Carbonatis aciduli Ferri salina, Pharmac. Batavae. Salzhaltiges Stahl-Wasser. Eau chalybeée saline.

Rec. Cretae albae seu Marmoris albi Drachm. quinque, Magnesiae alb. Drachm. decem, Aethiop. martialis Drachm. duas. Misce cum Aquae purae frigiæ Libr. quinquaginta, et condensa in miscella Aéris fixi mille Pollices cubicos. Serva lego artis.

AQUA CHAMAEDRYOS. Gamander-Wasser. Eau de Germandrée. — Ex Herba florente recenti uti Aqua Fumariae paratur.

AQUA CHAMAEPIPHYOS. Schlagkraut-Wasser. Eau d'Ivette. — Pari modo obtinetur.

### AQUA CHAMOMILLAE. Kamillen-Wasser. Eau de Camomille.

Synon.: Aqua Florum Chamomillæ seu Chamaemeli seu Anthemidis destillata.

Rec. Florum Chamomillæ Libras duas.

Immitte in vesicam stanneam vacuam apparatus BEINDORFIANI, vel alias similis, rei convenientis, balneo Mariae insidentem, supra cibrum stanneum, antea tubo stanneo incurvo, sub cibrum ducto, et aheno, aqua calida repleto, juncto; tunc, tecto alembico et adaptato refrigeratorio stanneo, fiat destillatio, aqua in aheno semper ebulliente, quae, si necesse, saepius renovanda, ut vapores per tubum Chamomillas penetrant, donec Librae viginti elicatae sint; quae, conquassata saepius in lagena, ut Oleum secretum solvatur et, quantum fieri potest, saturetur, servandaloco frigido obscuro. — Liquor paullum coeruleuscens, subturbidus, odore forti Chamomillarum. — *Vis*: antispastica, anticolica (v. Flores).

Aqua vetusta, flavescentes, odore debili vel alieno, empyreumatico, removetur.

*Usus*: Per se internus; praecipue mixturi admiscetur, saepius pro vehiculo inservit.

Nonnullae Pharmacopoeae pro ratione Florum Chamomillae minorem Aquae quantitatem destillari jubent: v.g. Pharm. Austriaca super unam Chamomillarum quatuor Aquae Partes destillari jubet. Pharm. Hassiae El. octo, Pharm. Saxonica, Batava, Belgica ex una Flor. recent. Parte quatuor, et plures Pharmacopoeae vetustiores, ut Wirtembergica, Helvetica, Dispens. Brunsvicensis et cet. duas solummodo Aquae Partes abstrahi jubent. Sed hac nimia quantitate Florum Chamomillae Aqua non magis saturata sit, et Oleum superfluum secernitur.

**AQUA CHAMOMILLAE ANISATA**  
Pharm. Wirtembergicae. Anisēhaltiges Kamillen-Wasser. *Eau de Camomille anisée*.

Rec. Florum Chamomill. recent. Libr. quatuor, Sem. Anisi Libr. duas, Vini albi generosi Libr. viginti octo. Post aliquot dierum digestionem destillentur ad Dimidiis, sive Mensurae tres cum dimidiis.

**AQUA CHAMOMILLAE VINOSA**  
Dispensat. Fuldensis. Weinges Kä-

### millen-Wasser. *Eau de Camomille vi-neuse.*

Rec. Florum Chamomill. recent. Libr. unam, Vini albi generosi Libr. quatuor. Post 24 horarum in vase clauso maceratio-nem l. a. fiat destillatio ad Part. dimidiis.

**SWEDIAE** ad Chamomillar. Part. quatuor, Spirit. Vini unam et Aquae octo praescribit; inde abstrahi Part. quatuor. — **VAN MONS** ad Chamomill. et Spirit. Vini  $\frac{1}{2}$  Part. unam, Aquae Part. duodecim et tres usque ad quatuor Part. abstrahi jubet.

### AQUA CHAMOMILLAE COMPOSITA. Zusammengesetztes Kamillen-Wasser. *Eau de Camomille composée.*

Rec. Flor. Chamomill. Libr. unam, Flaved. Cort. Aurant. Unc. duas, Hb. Absinth., Puleg.  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Sem. Anisi, Foenicul., Cuminii, Baoc. Lauri et Juniper.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Spirit. Vini Congium et Aquae quant. suffic.; abstrahere Congios duos.

**AQUA CHEIRI** seu **FLORUM CHEIRI**. Goldlack-Wasser. *Eau de Fleurs de Girofle jaune.* — Ex Floribus recentibus uti Aqua Aca-ciarum (p. 39) paratur.

**AQUA CHELIDONII**. Schöllkraut-Wasser. *Eau de Chelidoine.* — Paratur ex Herba recenti cum Radice uti Aqua Cochleariae. — Forsitan pari modo atque Aqua Cicuta (v. infra) cum Calce et Kali Aqua efficiacior parari potest (?)

**AQUA CHINAE** seu **CORTICIS PERUVIANI**. China-Wasser. *Eau de Quinquina.*

Rec. Corticis Chinæ fuscae Libram unam, Aquae fontanae Octarios sex. Post maceratio-nem per aliquot dies destillando abstrahere Octa-rios tres.

### † AQUA CHLORI seu CHLORATA. Chlor-Was- ser. *Eau de Chlorine.*

*Synon.:* Aqua chlorinica, Chlorum Aqua solutum, Liquor Chlori, Chlorum liqui-dum seu Chlorina liquida, Aqua oxymuriatica, Aqua oxygenata seu oxygeno-muriatica, Acidum muriaticum oxygenatum seu dephlogisticatum liquidum, Acidum Salis oxygenatum seu dephlogisticatum, Aqua Superoxydi muriatosi, Aqua halogenata, Spiritus Salis marini dephlogisticatus, Aqua seu Solutio alexiteria oxygenata, Liquor ale-xiterius oxygenatus. Wasserige Chlorflüssig-keit oder Chlorine, flüssige oxydirta, oxygenirte oder dephlogisticirte Salzsäure, flüssige Chlo-rine oder Halogen, Salzsäure-Superorodus oder Superorud der Salzsäure, Sauerstoff-haltige, sauerolle, übersaure oder vollkom-mene Salzsäure. Acide muriatique oxygéné ou dephlogistique, Acide marine aérée ou dephlo-gistique, Halogene.

Rec. Salis communis Uncias qua-tuor,

Magnesiae Vitriariorum Uncias tres.

Mixta in retortam percapacem immitte et superaffunde miscellam frigidam ex

Olei Vitrioli Unciis octo  
et Aquae Unciis quatuor,  
adaptato recipiente tubulato,  
Lixivii caustici diluti Unciam  
semis

continente, tubulo WULFIANO instructo, una cum duabus tribusve lagenis altis

Aquae destillatae Libras se-  
decim

continentibus, ad dimidium tan-  
tum ea repletis, siphonum ope  
rite juncis et juncturis bene clau-  
sis, ut Gas permeare et absorbi,  
Gas liberum autem ex ultima la-  
gena per tubulum incurvum in  
vas parvum, solutionem Cineris  
clavellati depurati continens, trans-  
ire possit, ut pariter absorbeatur;  
stent primo tamdiu temperatura  
ordinaria, quam diu Gas evolvitur;  
tunc lente calefac lenissimo calore,  
gradatim augens, donec Chlorum  
evolvi cessaverit. (Breviori tem-  
pore etiam parari potest introdu-  
cendo Gas ex miscella supra me-  
morata, vel ex Acido Salis cum  
quarta Parte Magnesiae Vitriario-  
rum commixto, tubuli pneuma-  
tici ope in vitro, Aqua frigida re-  
pleta et inverse sustentata, donec  
duo Trientes expulsi sint, et con-  
quassando Gas cum Aqua in vitris  
reclusis, ut absorbeatur.) Misce-  
atur Aqua in lagenis contenta, et  
servetur in vasis repletis et bene  
obturatis loco frigido obscuro.  
(Liquor in recipiente contentus repro-  
natur. Liquor in vase ultimo Kali chlo-  
ricum praebet.) — Liquor subflaves-

cens, Aqua vix ponderosior, odore suffocante, nares valde feriente et sapore nauseoso austero—corru-  
gante, colores vegetabiles omnes destruens, in frigore facile con-  
gelans.—Solutio est aquosa Chlori  
(v. Gas).—Vis: excitans, antiseptica,  
analeptica, corrosiva.

Sit Aqua bona notae, ut supra de-  
scripta; parva quantitas sufficiat, ad  
decolorandum comparate magnam so-  
lutionis Indigo quantitatem. Aqua de-  
color, parum odora vel acida, vi de-  
colorante vix praedita, removeatur.

Usus: Tam internus, multa aqua  
diluta, quam externus, pro lotu. Lau-  
datur praecipue in febribus malignis,  
stomacace, externe ad contagia et  
miasmata destruenda, in scabie, her-  
pete, ulceribus foetidis purulentis cet.  
Semper caute adhibenda! Inservit eti-  
am ad delendum foetorem cadaverum  
aliarumque partium animalium putre-  
dine correptarum, uti et tanquam rea-  
gens.

Pharmacopcarum praescriptiones ratione  
Partium adhibendarum passim discrepant. Om-  
nes autem in capite rei eo congruent, ut Chlori  
solutionem saturatam obtineri contendant.

AQUA CICHORII. Cichorien-Wässer. Eau de Chicorée. — Uti Aqua Chelidonii paratur.

AQUA CICUTAE Pharm. Herbipolitanae. Schierling-Wässer. Eau de Cigné.

Rec. Herbae Cicutae recentis Partem unam,  
Aquaee partes quatuor. Destilletur. — Remedium  
sane vanum, ex medicamentorum co-  
pia delendum.

† AQUA CICUTAE CUM CALCE ET  
KALI PARATA. Schierling-Wässer  
mit Kalk und Kali bereitet. Eau de Ci-  
guë avec du Chaux et du Potasse.

Rec. Semin. Cicutae cont. Libr. semis,  
Aquaee Libr. decem, Calcis recentis extinetae  
Unc. unam, Ciner. clavellati Unc. semis.  
Mixta macerentur per 24 horas, saepius  
agitando, in vase clauso, tum destillent  
caute Librae quinque. — Serva in vasis op-  
time clausis loco frigido obscuro. — Liquor  
turbidus, odore gravissimo nauseoso, uti  
et sapore, simul acri Coniini. — Solutio est  
praecipue aquosa Coniini. — Vis: maxime  
narcotica, in exigua dosi anodyna, majori  
dosи facile toxica, tetanum provocans et  
mortem ipsam. — Usus: Interne circum-  
specte parva dosi adhibenda, et externe.  
— Remedium omnino efficax, vires Cicutae  
concentrice in se conjungens!

## AQUA CINNAMOMI.

Zimmt-Wasser. Eau de Cannelle.

*Synon.:* Aqua Cinnamomi simplex seu sine Vino, Aqua Cinnamomi tenuis, Aqua Lauri Cinnamomi. Cinfaches Zimmt-Wasser.

Rec. Cinnamomi acuti, grosso modo contusi, Libram unam.

Immitte in vesicam vacuam, in balneo Mariae suspensam, supra cibrum stanneum et adaptato tubo incurvo et alembico cum refrigeratorio, fiat destillatio, ut in Aquae Chamomillae praeparatione (p. 57) praescriptum est, donec Librae decem prodierint, quae bene agitatae serventur. — Liquor primum sublacteus, tempore limpidus; odore et sapore forti, grate aromatico et dulci cinnamomeo. — Solutio est Olei Cinnamomi in Aqua. — *Vis:* analeptica, stomachica, calefaciens.

Aqua parum odora vel odore et sapore ingratu alieno rejiciatur.

*Usus:* Internus per se, et mixturi admiscetur.

Pharm. Borussica et Hassiae El. ad parandam AQUAM CINNAMOMI seu CASSIAE CINNAMOMEAE Cinnamomum indicum praescribunt, quod plures novae Pharmacopoeas imitabantur; ceterum cum nostra congruent. — Pharm. Austriae autem ab una Cassiae Parte sex solummodo Aquae Partes destillari praescribit. — Pharm. Hannoverana et Saxonica novem — Pharm. Wirtembergica et Helvética ad parandam AQUAM CINNAMOMI SIMPLICEM seu SINE VINO Cinnamomi acuti Unc. octo cum Aquae Cerasorum nigrorum Libris duodecim per triduum macerari, deinde Libras octo abstrahi praescribunt. — Pharm. Dublinensis et Americana, Pharm. d'Anvers, van Moss, Pharm. Slesvico-Holstica, Polonica, SPIELMANNUS et FERRARINI ex una Cinnamomi veri novem Aquae elici proponunt. — Pharm. Bavariae, Disp. Brunsvicense, Pharm. Lusitanica, Rossica et Ferrarensis octo, — Pharm. Danica sex, — Ph. Gallica, Genevensis, et BRUGNATELLI quatuor solummodo destillari jubent. — Pharm. Parmensis Aquam hoc modo elicitam denuo supra Cinnamomum cohobari suadet. — Pharm. Londinensis supra tres

Cinnamomi Partes triginta duas Aquae destillari proponit — RENNIE autem in supplemento sexaginta quatuor abstrahi suadet.

AQUA CINNAMOMI BUGLOSSATA Pharmac. Wirtemb. Zimmt-Wasser mit Daphnzenzungen. Eau de Cannelle buglossée. — Pari modo cum Aqua Buglossi paratur. — Pharm. Palatina autem praescribit Cinnamomi Libram unam, Cort. Rad. Buglossi, Flor. Borragini et Melissae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam cum Aquae Buglossi Libr. sex, Aquae Rosarum et Violarum  $\frac{1}{2}$  Libr. duabus in balneo Mariae destillari.

AQUA CINNAMOMI CORDIALIS. Herzstärkendes Zimmt-Wasser. Eau de Cannelle cordiale. — Simili modo atque Aqua Cinnamomi buglossata simplex, cum Aquae Florum cordialium obtinetur. — Praeparata omnino inepta et superflua! — RENNIE ad AQUAM CINNAMOMI (CINNAMOM. CORDIAL.). Elacosachari Cassiae Drachui, duas cum Spirit. Vini Sesquicongio, Cardamomi, Cort. Limoni et Aurantiorum  $\frac{1}{2}$  Unc. una digeri et post digestionem Aquae Aluminis Semiocario clarificari et addi Sacchari Libr. duas, Aquae quantum sufficit, ut Congii duo implentur, quae Saccharo tosto colorandae. Si fortissima requiritur, addi jubet Cinnamomi Libr. octo, Spirit. Vini Cong. septendecim et Aquae Cong. duos, tunc post digestionem, calore maximo adjuvante, Congios duodeviginti abstrahi.

AQUA CINNAMOMI CYDONIATA. Zimmt-Wasser mit Quittensaft. Eau de Cannelle cydoniée.

Rec. Succi Cydoniorum expressi et vinosam indolem mora temporis nacti Libr. sex, Cinnamomi acuti Unc. quatuor. Fiat infusio per triduum; postea destillentur, ut residuum tertiam Partem aequet.

AQUA CINNAMOMI FORTIS seu LACTICINOSA v. Aqua Cinnamomi vinosa.

AQUA CINNAMOMI HORDEATA. Zimmt-Wasser mit Gerste. Eau de Cannelle avec de l'Horze. — Paratur cum Decocto Hordei uti Aqua Cinnamomi simplex sec. Pharm. Wirtembergicam.

## AQUA CINNAMOMI VENOSA.

Weiniges Zimmt-Wasser. Eau de Cannelle vienue.

*Synon:* Aqua Cinnamomi cum Vino, Aqua Cinnamomi spirituosa seu alcoholica, Aqua Cinnamomi fortis seu lacticinosa, Spiritus seu Alcohol Cinnamomi sive Lauri Cinnamomi. Zimmt-Geist.

Rec. Cinnamomi acuti, grosso modo contusi, Libram unam, Vini albi generosi Libras secundum.

Destillent e balneo Calcariae

muriaticae Librae octo. — Serva. — Liquor lactescens, odore et sapore forti cinnamomeo, simulque gratae spirituoso. — Solutio est spirituoso-aquosa Olei Cinnamomi. — *Vis:* praecedentis; magis autem excitans.

Aqua aromate et spiritu egens vel odore ingrato spirituoso spiritus frumenti (fuselig) removeatur. —

*Usus:* Praecedentis, paullo minori dosi.

Pharm. Herbolitana ad unam Cinnamomi octo Vini fortioris Partes praescribit, quae lege artis destillandae. — Pharm. Hispanica ad ALCOHOL CINNAMOMI parandum praescribit Cinnamomi Partem unam, Vini optimi Part. sex, et destillando elici Partem unam. — Pharm. Sardo a ex Cinnamomi Unc. quatuor et Vini albi Libris sex, dimidiam Partem destillari. — SPIELMANNUS ad AQUAM CINNAMOMI CUM VINO COLONIENSIMUM praescribit, ex Cinnamomi Unc. sex et Vini generosi Unc. duodeviginti destillando abstrahi, quam diu liquor lactei coloris prodit. — Pharm. Rossiea ad Cinnamomi acuti vel Florum Cassiae Unc. sex, Vini albi Gallici Libram unam et Aquae Libr. quinque praescribit, et destillando elici Libr. tres. — Dispens. Brunsvincense ad Cinnamomi Unc. sedecim, Vini albi spirituosis Libras duodecim, Spirit. Vini Gallici Libr. duas semis sumi jubet; deinde destillando elici Libr. decem. — Pharm. Wirtembergica hoc praeparatum AQUAM CINNAMOMI SPIRITUOSAM appellat, nostram autem primo praescriptam AQUAM CINNAMOMI Vinosam.

Recentiores Pharmacopoeiae Vini loco plerumque Spiritum Vini et Aquam praescribunt, et Cinnamomi acuti loco Cinnamomum indicum. — Sic Ph. Borussica, Hannoverana, Oldenburgica et Saxonica ad unam Cinnamomi indicum duas Spirit. Vini rectificati Partes et sufficien- tem Aquae quantitatibus praescribunt, ut abstrahi possint Librae novem. — Pharm. mac. Slesvico-Holsatica et Polonica formula cum hac congruit, nisi quod Cinnamomi indicum loco Cinnamom. acutum praescribit. — Pharm. Bavaria ex quantitate designata Partes octo elici jubet. — VAN MONS formula in capite rei cum hac congruit; Spiritus Vini autem rectificati loco Spiritum Vini Gallicum et sex Partes elici praescribit. — Pharm. Suecica in Destillato adhuc solvi suadet Sacchari albi Unc. unam semis. — Pharm. Hassiae El. decem Partes destillari et uti Pharm. Borussica Cinnamomum indicum et Spiritum Vini rectificatum sumi euadet. — Ph. Hispanica ad parandum AQUAM CINNAMOMI LACTICINOSAM praescribit Cinnamomi acuti Unc. octo, Aquae Libras

tres, Spirit. Vini rectificatis. Unc. tres, de quibus destillando eliciendas Libras tres. — Pharm. Lusitanica ad parandum AQUAM CINNAMOMI SPIRITUOSAM seu SPIRITUM CINNAMOMI praescribit, Cinnamomi Libram unam, Spirit. Vini simplicis Libr. decem, Aquae fontanae Libr. quatuor, et destillando abstrahi Libr. decem. — Pharm. Parmensis ad Cinnamomi Unc. sex, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. decem et Aquae Libr. duas sumi proponit; de quibus destillando elici Uncias duodeviginti, quae residuo reafundi et denuo Unciae duodeviginti cohobanda. (Conf. et Spirit. Cinnamomi).

AQUA CITRI CORTICUM seu CORTICUM CITRI, Aqua Citri medicae. Citronenschalen-Wasser. *Eau d'Ecorce de Citron.* — Paratur uti Aq. Aurantiorum Corticum. — Ph. Borussica et Slesvico-Holsatica ex Flaved. Pom. Citri recent. Libr. una et Aquae quant. satis destillando Libr. duodecim abstrahi praescribit.

AQUA CITRI CORTICUM LACTICINOSA seu ESSENTIALIS Pharm. Hispanicae.

Rec. Flaved. Cort. Citri seu Limon. recent. Libr. tres, Aquae Libr. sex, Spiritus Vini rectificatissimi Unc. quatuor. Digere per biduum et destilla balneo aquoso ad Libras tres.

AQUA CITRI FLORUM seu FLORUM CITRI. Citronenblüthen-Wasser. *Eau de Fleurs de Citron.* — Paratur uti Aqua Naphae.

AQUA CITRI CORTICUM SPIRITUOSA seu FORTIS, Alcoholum citratum, Alcohol de Citron v. Spiritus Citri.

AQUA CITRI TOTIUS seu TOTIUS CITRI. Citronen-Wasser. *Eau de Citron.*

Rec. Fruct. Citri N° 1. Raspia fere ad pulpam acidam usque, quam minutissimam leviter contundente una cum granis; addito Aquae pauxillo macerare per horas 24, tum distillatione balnei Aquae ope Partem dimidiari abstrahere, et productum sepone; quod restat fere ad siccum destilletur; hanc Partem secundam supra novum Corticem recentem et raspatum iterum distilla et productum priori admisce.

AQUA CLARETA. Klaret-Wasser. *Eau de Clarette.* — Species est Aquae Vitae aromaticae Saccharo dulcificate, praecipue Cinnamomum continens. — Sic AQ. CLARETA SIMPLEX sec. LEMERY obtinetur digerendo Spirit. Vini simpl. Libr. unam cum Cinnamomi Unc. una per 24 horas et solvendo in colatura Sacchari albi Unc. quatuor. — AQ. CLARETA COMPOSITA digerendo Cinnamomi, Macid., Caryophyllor. aa Unc. unam, Galangae Unc. semis, Cardamom. min., Schoenanth. aa Drachm. duas, Zingiber. Drachm. semis et Sacchari Unc. octo in Spirit. Vini Libr. duabus per 24 horas, et collando. (Conf. etiam Aquae Vitae.)

AQUA COCHLEARIAE. Löffelfrauts-Wasser. *Eau de Cochlearia, de Cranson officinal ou d'Herbe aux Cuillers.*

Rec. Herbae recentis Cochleariae floren-

tis Libr. duas, Aquae fontanae Libr. decem. Destillent e balneo Calcariae muraticae Libr. duae. Servetur optime obturata, loco frigido umbroso. — Liquor odore et sapore pungente Cochleariae; tempore facile corrumpitur. — Si Aqua hoc modo sollicite parata denuo per se lento igne cohobatur, stabilior fit.

Nonnullae Pharmacopoeas ex una Herbae Parte unam cum dimidia, aliae dimidiad tantum Partem abstrahi suadent. — VAN MONS ad viginti Herbae florentis et sexaginta quatuor Aquae partes, unam Spiritus Vini addi proponit et quatuor destillando elici. Facile autem hoc praeparatum acescit. (Conf. et Spiritus Cochleariae.)

AQUA COELESTIS seu COERULEA v. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82).

AQUAE COHOBATAE. — Obtinentur, si Aquae destillatae iterum supra novam vegetabilium quantitatem abstrahuntur, quod bis auter, si opus est, repetendum.

AQUA CONTRA COLICAM ex SCHROEDERO. Wasser gegen Kolik. Eau contre la Colique.

Rec. Herb. Melissae, Origani, Thymi  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Flor. Chamomillae Unc. tres, Sem. Anisi Foeniculi, Anethi, Carvi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Sem. Cumini Unc. unam, Flaved. Cort. Aurant. et Citri  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Bacc. Lauri et Junip.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cinnamomi et Macid.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Aquae Chamom. Libr. sex, Vini generosi Libr. quinque. Post macerationem per aliquot dies destillent l. a.

AQUA COLONIENSIS, Aqua aromatica Olei essentialis Citri composita, Alcohol de Citreis compositum. Römisches Wasser. Eau de Cologne Pharm. Gallicae.

Rec. Olei Bergamottae, Citri, de Cedro  $\frac{1}{2}$  Partes centum, Ol. Anthos, Neroli, Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Partes quinquaginta, Ol. Cinnamomi Partes viginti quinque. Solve in Spiritus Vini Gallici rectificatissimi Partib. duodecies millenis, Aquae Carmelitarum Partibus quindecies centenis et Spirit. Anthos Partibus millenis; digere per decem dies, tunc destilla e balneo Mariae ad quinque Partes remanentiam. Liquor elicitus est AQUA COLONIENSIS, cui suavitatis causa addi possunt Spiritus aromatici, quem Aromatarii nominant AQUAM DE BOUQUET (Eau de Bouquet v. Aqua Florum p. 66.) Partes quingentae.

Per multae praetera sunt praeceptiones ad parandum hoc arcanum. — Sic SPIELMANNUS prescribit Spiritus Vini rectificati Unc. septuaginta duas, Spirit. Anthos Unc. duodecim, Aquae Carmelitarum Unc. duodecim, Olei Bergamottae, Citri, Neroli et Anthos  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, post mixtionem destillari. — FARINAS Colonensis Spir. Meliss. Libr. unam, Sp. Anthos Libr. octo, Sp. Vini rectif. Libr. triginta cum Ol. Bergamottae Unc. sex, Neroli Drachm. tribus, de Cedro Unc. semis, Citri

Drachm. sex et Anthos Drachm. duabus destillare fertur. — HERMBSTAEDIUS Spiritus Vini rectificati purissimi Unc. triginta duas cum Ol. Anthos, de Cedro, Neroli  $\frac{1}{2}$  Guttis quindecim, Bergamottae Guttis triginta, et Cardamomi Guttis quinque destillari prescribit. — TROMMSDORFFIUS suadet, Olei Neroli, Cort. Aurant., de Cedro et Anthos  $\frac{1}{2}$  Guttas duodecim cum Cardamomi minor. Drachm. una et Spirit. Vini rectificatissimi Pint. una misceri, in balneo Mariae destillari, donec transierint Demisetiers tres et semis. — Alia quaedam prescriptio commisceri jubet Olei Bergamottae, Cort. Aurant. et Anthos, porro Seminis Cardamomi  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Aquae Naphae et Alcoholis Vini  $\frac{1}{2}$  Octarium unum, quocum destillari debet Octarius. — Alia Herb. Melissae rec. Libr. duas, Anthos Unc. octo, Cort. Citri rec. Unc. sex., Sem. Coriandri Unc. duas, Nuc. Moschat., Caryophyllor., Cinnamomi  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, cum Spirit. Vini rectificatissimi Libr. sex et Aqua Libr. octo destillari prescribit, donec Libr. decem elicitae sint.

VAN MONS formula ad AQUAM COLONIENSEM COMPOSITAM: Rec. Olei Bergamottae Drachm. duas, Bacc. Juniperi recentium, Herb. Basilici, Hyssopi, Majoranae, Melissae, Anthos, Thymi, Flor. Lavendul. Caryophyll. aromat., Rad. Angelic., Sem. Anisi, Carvi, Cumini, Foeniculi  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Cinnamomi, Cort. Citri recentis, Nuc. Moschat., Cardamomi minoris  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Spirit. Vini Gallici Libr. triginta duas, Aquae fontanae Libr. sexaginta quatuor. Inc. et cont. destillent igne vivace Librae viginti due et producto elicto admisce tantum Aquae, quantum sine turbatione excipi potest.

#### AQUA COLONIENSIS CONCENTRATA DINGLERI.

Rec. Ol. Portugallo et Bergamottae  $\frac{1}{2}$  Gutt. duodecim, Ol. de Cedro et Limonum  $\frac{1}{2}$  Guttas octo, Ol. Neroli Gutt. duodecim, Ol. de Petite Grains Gutt. octo, Ol. Anthos et Lavendul.  $\frac{1}{2}$  Guttas sedecim, Spiritus Vini rectificatissimi purissimi Unc. quinquaginta octo.

AQUA CONFORTATIVA seu PERLATA. Kraft- oder Perlens-Wasser. Eau confortative.

Rec. Aquae Cerasorum nigrorum Libr. unam semis, Aquae Tiliae Unc. sex, Aquae Cinnamomi vinosis Unc. unam semis, Margaritarum occidentalium praeparatarum Scrupul. duos, Coralliorum alborum praeparatorum Drachm. unam, Cornu Cervi usi praeparati Scrupul. quatuor, Julepi rosati Unc. tres. Miscentur.

AQUA CONFORTATIVA SINE PULVERIBUS  
Pharm. Palatinæ.

Rec. Aquarum Rosarum, Borraginis, Rosarum rubrarum et Violarum  $\frac{1}{2}$  Unc. sex, Aquae Cinnamomi buglossatae Unc. unam semis. Miscentur.

AQUA CONVALLARIAE v. Aqua Liliorum convallium.

AQUA E CORDE CERVI. Hirschherz-Wasser. Eau de Coeur de Cerf. — Olim uti Aqua Cerebri (p. 56) obtinebatur. — Dudum autem me-

## 62 AQ. E CORDE CERVI Myns.—AQ. COSMET. MERCUR. VAN MONS

rito exolevit.—AQUAE E CORDE CERVI, aliorumque animalium Cordibus, COMPOSITAE ceteris ingredientibus aromaticis virtutem medicam debebant. — Sit exemplum

### AQUA E CORDE CERVI MYNSCHI.

Rec. Cor Cervi minutim inc. N° unum, Cinnamom. acut. Unc. semis, Caryophyllor., Cardam. min., Galang. minor., Macid., Croci or., Drachm. duas, Lign. Aloës, Santal. citr., Cort. Citri, Sem. Ocimi caryophylat. Drachm. unam semis, Flor. Lavend., Anthos, Melissae, Salviae, Drachm. unam. Macerentur in Vini Malvatici Libr. sex per noctem, et mane destillentur in baln. Mariae per alembicum.

### AQUA CORDIALIS COLLADONI. Colladon's Herz-Wasser. Eau cordiale de COLLADON.

Rec. Cort. Citri recentium quantum lubet, Spirit. Vini Libr. viginti. Destillent Libras decem; quibus addit Tincturæ Ambrae et Moschi aliquot Guttas, tunc solve Syrupi communis Libras duas, Sacchari albi Libras novem.

### AQUA CORDIALIS CINNAMOMI Pharm. Helveticæ. Herz-Wasser mit Zimmt. Eau cordiale cinnamomee,

Rec. Cinnamomi electi contusi Unc. quatuor, Aquæ Borraginis, Buglossi, Rosarum et Violarum. Libr. unam semis. Post triduanam infusionem destillat ad tertiae Partis remanentiam.

### AQUA CORDIALIS FRICIDA. Rührendes Herz-Wasser. Eau cordiale rafraîchissante.

Rec. Cinnamoni acuti Unc. duas semis, Cort. Citri recentis e Pomis octo, Ligni Santali citrini Unc. unam. Inc. et cont. infunde in Aquæ Buglossi et Acetosae Libr. unam, Aquæ Cerasorum nigrorum, Rosarum fragrantissimæ, Rubi idæi Libr. unam et semis. Misceantur et destillentur ad tertiae Partis remanentiam.

### AQUA CORDIALIS EX FRUCTIBUS MANGETI.

Rec. Succ. Pomorum Borsdorff. Libras tres, Succ. Cydonior. Libr. duas, Succ. Fragor., Rubi id., Ribum, Pyror. moschat., Granat., Limon., Cerasor. Libr. unam. Mixta destillent.

### AQUA CORDIALIS TEMPERATA. Temperirtes Herz-Wasser. Eau cordiale tempérée.

Rec. Cinnamomi acutissimi Unc. tres et Drachm. duas, Cort. Citri exteriorum recentium Unc. unam, Ligni Santalini citrini Unc. semis, Rad. Galangae, Caryophyllorum, Macidis, Nuc. Moschatar. Drachm. unam semis, Cardamomi minoris Drachm. tres, Flor. Lavendulae Drachm. sex, Flor. Borraginis Unc. unam, Rosarum Unc. duas semis. Incisis et tritis adde Vini albi generosi, Succi Pomorum redolentium, Succi Rubi idæi Libr. unam semis, Aquæ Rubi idæi, Cerasorum nigrorum et Melissae Libr. semis. Post dierum quatuor macerationem destillentur in balneo ad Dimidiis. — FERRARINI formula ab hac præcipue co discrepat, quod ad Aquarum similium et Melissae Libras duodecim, Vini Malvatici Libr. duas, porro speciebus designatis Herbae Anthos, Scordii, Dictamni Cretici, Florum Violarum et Nymphaeæ Unc. unam et Ligni

Aloës Drachm. duas addi suadet; tunc in balneo Mariae tertiam Partem destillando elici.

AQUA CORIANDRI. Koriander-Wasser. Eau de Coriandre. — Ut Aqua Foeniculi paratur.

AQUA CORNU CERVI CITRATA WALDSCHMIDII CORRECTA. Decocum Cornu Cervi citratum. Hirschhorn-Wasser oder Decoc mit Citronen. Eau de Corn de Cerv citrée.

Rec. Rasuræ Cornu Cervi Unc. sex, Poma Citri cum Corticibus incisa N° quatuor. Coquuntur cum Aquæ fontanae Unc. quatuor et quadraginta, ad remanentiam quatuor et viginti; filtratis addantur Aquæ Rosarum, Melissæ et Scordii. Unc duodeviginti. — Olim incepte postea talis miscella ad quartæ partis remanentiam destillari præscribebant. (Conf. et Aqua Caponis p. 51.)

AQUA CORTICUM AURANTIORUM CUM VINO. Aq. Aurantiorum Corticum cum Vino.

AQUA CORTICIS PERUVIANI v. Aqua Chinæ (p. 57).

AQUA COSMETICA Pharmac. Palatinæ. Schönheits-Wasser oder Schmink-Wasser. Eau cosmetique.

Rec. Ova recentia N° viginti. Coque ad drittum et, remotis Vitellis, Albumina minutum consinde, posteaque adde Albuminum Ovorum recentium non coctorum Libras duas, Terebinthinae Venetae Libr. dimidiam, Mellis Unc. octo, Styracis liquidæ Unc. unam, Benzoës Unc. duas, Aquæ Rosarum pallidarum Unc. decem. Destilla per alembicum in balneo Mariae ad siccitatem. Aquam distillatam serva.

AQUA COSMETICA Pharm. Helveticæ.

Rec. Aq. Florum Fabarum Unc. decem, Aq. Naphae et Rosarum. Unc. unam, Tinct. Benzoe Drachm. duas.

AUGUSTIN præscribit Furfuris Amygdalarum Drachm. duas, Aq. Rosarum, Naphae. Unc. octo; terendo fiat emulsio, adde Tinct. Benzoe Drachm. duas, Boracis Drachm. unam. Misce. — BORRIUS præscribit Amygdalarum amararum Libr. sex cum Aquæ Libr. viginti quatuor destillari et producto admiseri Aceti Rosarum Libr. duodecim, Spirit. Rubi idæi Unc. duas, Aq. Mellis Unc. sex, Aq. Jasmini Unc. tres. — PIERQUIN et SAINTE MARIE præscribunt Felis Tauri Unc. quatuor cum Liquoris Kali subcarbonici Unc. semis, Aquæ communis Libr. duabus, Olei aetherei Rosar. Gutt. duabus vel tribus, commisceri. — VAN MONS præscribit Emulsionis saturatae Amygdalarum Part. novem cum Spirit. Saponis Parte una misceri. (Conf. et Aqua benzoica et Lac virginis).

AQUA COSMETICA HUFELANDI.

Rec. Boracis Drachm. semis. Solve in Aquæ Rosarum et Naphae. Unc. semis.

Ad delendas maculas hepaticas et pustulas faciei præcipue commendat auctor.

AQUA COSMETICA MERCURIALIS VAN MONS. Schönheits-Wasser mit Sublumat. Eau cosmétique mercurielle.

Rec. Amygdal. amar. contusar. Unc. sex. Fiat

emulsio cum Decocti concentrati Carnis bu-  
bili et vitulini Unc. sexaginta; tunc adde Mer-  
curii sublimati corrosivi Unc. semis in Succi  
Citri Uncis decem solutam, et cum Oleo Tar-  
tari per deliquum Unc. semis, fortiter agitando  
commixtam. Huic mixturae sensim admisce Al-  
buminis Ovi bene subacti Unc. sex; colata per  
crinum, demum commisce cum Camphorae,  
Mucilagini Gummi arabici pari pondere in  
emulsionem redacti, Drachm. semis.

AQUA COSTI ALBI seu CANELLAE AL-  
BAE. Weisse Rosius- oder weißen Zimmt-  
Wasser. *Eau de Cannelle blanche.* — Ut Aqua  
Cinnamomi paratur. Ex una Corticis Parte tres  
Aquae Partes abstrahendae.

AQUA CRINALIS LEMERY. Haarwachs-Wasser.  
*Eau crinale.*

Rec. Muscarum viventium Unc. quatuor,  
Mellis Libr. unam, Lactis vaccini rec. Libr.  
duas. Destillent ex retorta, igne sub finem augen-  
do, donec residuum in carbonem redactum sit  
— BATE Unciarum quatuor Muscarum loco,  
Libras quatuor praescribit. — Ad incrementum  
capillorum uti et in surditate prodesse crede-  
bant. — Dudum autem merito praeparatum in-  
ceptum exolevit.

AQUA CUCUMERIS. Gurken-Wasser. *Eau  
de Concombre.* — Ex Fructibus succulentis uti  
Aqua Rubi idaei (p. 88) paratur.

AQUA CUMINI. Mutterkümmerl-Wasser.  
*Eau de Cumin.* — Paratur uti Aqua Foeniculi  
(p. 66).

AQUA CUPRI AMMONIACALIS v. Aqua  
antimiasmatica et Aq. ophthalmica coerulea.

AQUA CUPRI VITRIOLATI COMPOSITA  
v. Aqua styptica.

AQUA CYANI FLORUM. Blaue Kornblu-  
ten-Wasser. *Eau de Bluet.* — Paratur ex Flo-  
ribus recentibus uti Aqua Lactucae (p. 72). —  
Pharm. Gallica totam Plantam sumi pro-  
ponit.

AQUA CYDONIORUM v. Spiritus.

AQUA CYMBALARIAE. Cymbelkraut-Waf-  
ser. *Eau de Mufflier lièrée.* — Paratur uti  
Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CYNOGLOSSI. Hundszungen-Waf-  
ser. *Eau de Cynoglosse.* — Ex Planta florente  
recenti cum Radice pari modo paratur.

AQUA DE CYPRO Th. Hoffm. Th. Hoff-  
manns wohlreichendes Wasser. *Eau de Chypre  
de HOFFMANN.*

Rec. Aquae Rosarum opt. Libr. duas, Aq.  
Naphae, Cort. Citri  $\frac{1}{2}$  Libr. unam. Misce et  
his dissolva Zibethi, Moschi, Ambrae  $\frac{1}{2}$  quan-  
tum vis. Obtura bene et expone soli. Quanto  
vetustior, tanto ad odorem vestium concili-  
dum melior.

AQUA DAMASCENA ODORIFERA SCHROE-  
DERI. Schröders wohlreichendes Wasser. *Eau  
odorifère de SCHROEDER.*

Rec. Rad. Ircos Flor., Caryophyllor., Cube-  
bar., Cinnamom. opt., Gran. Paradisi, Rad.  
Calam. arom.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Herb. Major. et

Thymi, Fol. Lauri, Flor. Anthos et Rosar. rubr.  
 $\frac{1}{2}$ , Man. unum, Flor. Lavend. Drachm. tres,  
Vini optim. Mens. tres. Macera per 3 dies et  
destilla. Destillato adduntur Moschi Scrup. so-  
mis, Zibethi Gran. sex. Misce.

AQUA IN DELIQUIS CrüL. ex SCHROEDERO.  
Wasser wider die Ohnmacht. *Eau contre la  
Faiblesse.*

Rec. Aquae Rosar., Lavendul., Cinnamomi,  
Acet. Flor. Tunic.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Acet. Rosar.  
Unc. unam semis, Spirit. Rosar. Drachm. duas  
semis. Misce.

AQUA DENTIFRICIA. Zahns-Wasser. *Eau don-  
tifice PIERQUIN.*

Rec. Alcoholis Vini Unc. viginti, Spiritus  
Cinnamomi, Lavendulae et Citri, Aqua Car-  
melitarum  $\frac{1}{2}$  Drachm. quinque. Misce.

AQUA DENTIFRICIA PRINCIPUM sec. LE-  
BON. Fürstliches Zahns-Wasser. *Eau dentifrice  
de Princes.*

Rec. Cinnamomi et Caryophyllorum  $\frac{1}{2}$  Part.  
quadraginta, Spirit. Anisi P. ter mille et vi-  
ginti. Post macerationem adde Spiritus Vini  
rectificati P. decies mille, Tinct. Ambrae P.  
tres, Tinct. Moschi P. viginti, Tinct. Menthae P.  
quinquaginta, Tinct. Cinnamomi et Vanigli,  
Olei Tartari per deliquum  $\frac{1}{2}$  P. centum et  
sexaginta. Misce, sepone et liquori decan-  
thato clare admisce Fol. Auri Partem octavam.

## AQUA DESTILLATA. Destillirtes Wasser. *Eau di- stillée.*

Synon.: Aqua stillatitia seu destillata sim-  
plex, Aqua communis stillatitia, Hydroge-  
num oxydatum, Oxydum Hydrogenii, Oxy-  
doideis.

Rec. Aquae fontanae quantum vis.

Destilla ex vesica optime mun-  
data duo Trientes, rejecta por-  
tiuncula primum prodeunte. —  
Apparatus coquinario - destillatorii  
BEINDORFIANI ope magna Aquae destil-  
latae quantitas, ut parergon, in paran-  
dis Decocis et Infusis, in evaporan-  
dis Extractis cet. obtinetur.

Sit limpida, inodora et insipida, neu-  
tra; addito argento nitrico vel barya  
muriatica aut acido oxalico vel aqua  
calcis minime turbetur, aqua sulphu-  
rata non coloreatur, et leni calore eva-  
porata ne vestigia quidem salina aut  
terrea relinquat.

Usus: Medicinalis per se vix ullus,  
pharmaceuticus autem multiplex; ad  
solvendum, extrahendum, elixivandum,  
edulecorandum cet.; saepius etiam pro  
vehiculo inservit. (Conf. etiam I. 7.)

AQUA DIATRION v. Aqua de Tribus et Mixtura simplex.

AQUA DIGERENS TIMAEI. *Timaeus Digestivæ Wasser. Eau digestive de Timaeus.*

Rec. Flor. Chamom. Rom. et Sambuc., Hb. Menth. crisp.  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Rad. Calami Unc. quatuor, Rad. Foenicul. Unc. unam, Bacc. Lauri et Juniper.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Sem. Carvi et Cumini, Foenic. et Anisi  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Gort. Aurant. Unc. duas, Citri Unc. semis, Macid. Drachm. sex, Cinnamom., Rad. Galang.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis. Conc., cont. assunde Vini Malvatici ad quatuor digit. eminentiam. Digere per 3 dies, tunc destilla.

AQUA DISCUSSORIA VOGLEI. *Voglers jethlendes Wasser. Eau discussive de Vogler.*

Rec. Aquae font. Unc. viginti, Salis Ammoniaci puri Unc. semis, Spirit. Vini simpl. Unc. duas. Misce. — Alia formula: Rec. Aq. font. Unc. viginti, Salis commun. Unc. unam, Spirit. Vini Unc. duas. — Alia: Rec. Aq. font. Unc. decem, Nitri et Aluminis  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas. Misce et solve.

AQUA DIURETICA Pharm. Sardoae. *Harn-treibendes Wasser. Eau diuretique.*

Rec. Rad. Armoraciae, Petroselini, Saxifragae  $\frac{1}{2}$  Libr. unam, Bacc. Juniperi Unc. sex, Succi Limonum, Aquae Ononis  $\frac{1}{2}$  Libr. tres. Post 24 horarum macerationem destillent in baln. Mariae. — PIERQUIN et CADET DE GASSICOURT praescribunt Succi Porri, Ceparum et Armoraciae  $\frac{1}{2}$  Libr. duas, Succi Parietariae et Citri  $\frac{1}{2}$  Libr. semis commisceri et destillari.

AQUA DIURETICA CAMPHORATA. *Harn-treibendes Wasser mit Campher. Eau diuretique camphrée Cadeat de Gassicourt.*

Rec. Nitri depurati Unc. duas, Camphorae cum Aleoholis pauxillo tritae Drachm. unam. Trituratis sinu adde pedetentiam Aquae Unc. sedecim. — Vel: Rec. Nitri Unc. quatuor. Solve in Aquae Parietariae Libris duabus; adde Aceti destillati Unc. quatuor, Spirit. Vini Libr. semis, Camphorae Drachm. sex. Agitata diu filtra.

AQUA DIURETICA ex NUCLEIS Ph. Palat. et Helvet. *Fern. Wasser. Eau de Noyaux.*

Rec. Flor. Sambuci siccatae Unc. sex, Amygdalarum amararum, Nucl. Persicorum  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Nucl. Cerasor. Unc. duas, Vinigerosi Libr. octo. Grosso modo contusa digerantur per biduum, postea destillentur ad Dimidias.

AQUA DIVINA FERNELI v. Aq. phagedaenica.

AQUA DIVINA MIRABILIS PARISIENSIMUM sec. SPIELMANNUM. *Wunderbares Lebenwasser, Aquavit oder Liqueur. Eau divine miraculeuse.*

Rec. Spirit. Vini rectificati Unc. sexaginta quatuor, Quintar. Essentialium (Olei) Citri et Bergamotiae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Aquae Naphae Unc. octo. Destilletur Spiritus et probe misceatur cum Sacchari Unc. triginta duabus, dissolutis in Aquae Unc. centum viginti octo. Filtretur per chartam emporticam.

AQUA DRACUNCULI. *Dragon-Wasser. Eau d'Estragon. — Ex Summitatibus florentibus uti Aqua Chamomillae (p. 56) paratur.*

AQUA DYSENTERICA DORNRELLI. *Dorn-*

*frellis Ruhr-Wasser. Eau contre la Dysenterie de DORNRELL.*

Rec. Rad. Bistortae, Symphyti, Torment.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam; Rad. Gentian. Drachm. duas, Pimpin. et Enulae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Cort. Thunris et Citri  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam semis, Herb. Burs. Pastor., Pentaphylli, Millefolii, Anserinae, Absinth. Pont., Menth. crisp.  $\frac{1}{2}$  Man. unum, Fl. Verbasco., Chamom. vulg.  $\frac{1}{2}$  Man. unum, Rosar. Man. tres, Malv. arb. Man. unum, Summit. Anthi Drachm. duas, Sem. Coriandri, Papav. alb., Anisi, Carvi, Psyllii, Acetosae, Plantag., Endiviae, Lapat. acut.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Nuc. Moschat. Drachm. tres, Macid., Caryophyllor.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Succo. Acaciae German. Unc. unam, Aquae Fol. Quercus, Tormentillae, et Centumnodis  $\frac{1}{2}$  Libr. tres, Aq. Equiseti, Rosar., Bursae Pastor.  $\frac{1}{2}$  Libr. unam. Macera per aliquot dies, tunc destilla. In liquore elicto suspendi potest Lap. Haematitis Drachm. una, Terra sigillat. et Cornu Cervi ust. alb.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duae. — Exemplum immensa farraginis.

AQUA seu BALSAMUM EMBRYONUM Ph. Wirtemb. *Kinder-Wasser oder Balsam. Eau contre l'Avortement.*

Rec. Nuc. Moschat. Unc. tres semis, Caryophyllorum, Cinnamomi, Rad. Zingiberis, Cubebarium, Granat. Paradiſi, Rad. Zedoariae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Macidis Unc. semis, Rad. Galangae Drachm. tres, Croci orient. Drachm. duas, Flor. Tunicae et Tiliae  $\frac{1}{2}$  Libr. unam, Flor. Lendum, Hb. Salviae, Sem. Carvi, Foeniculi  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Hb. Menth. crisp., Rad. et Sem. Paonie, Visci querini  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Medullae Panis Tritici a furno calentis Libr. duas. Inc. et cont. infundantur in Vini Malvatici Libr. decem, Aquae Borraginis et Buglossi  $\frac{1}{2}$  Libr. quatuor, Aq. Lilior. convall. Libr. duabus et Unc. octo, Aq. Fragorum et Rosarum  $\frac{1}{2}$  Unc. sedecim. Digerantur per triduum, postea destillentur lento igne ex vesica ad Dimidias.

AQUA seu BALSAMUM EMBRYONUM CORRECTIOR sive Elixir Vitæ Mulierum Ph. Wirtemb., Palat., Helvet. et Disp. Brunsvic. *Weiber-Aquavit.*

Rec. Rad. Galangae et Zedoariae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Hb. Menthae et Melissae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Flor. Stoechad. Arabicae, Tunicae et Tiliae  $\frac{1}{2}$  Drachm. quinque, Semin. Sileris montani, Foeniculi Cretici  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Nuc. Moschat. Unc. unam, Cinnamom. Drachm. sex, Cort. Aurant. et Citri recent.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis. Inc. et cont. infundantur Vini albi Libr. decem. Post digestione 24 horarum destillentur ad Dimidias. (Conf. et Aqua aromatica p. 46. et Aqua Vitæ Mulierum.)

AQUA EMETICA seu STIBIATA, Aqua Tartari stibiat. Potio stibiata seu emetica antimoniana, Mixtura emetica. *Brechwasser oder Brechwirtur. Eau ou Potion emétique antimoinee.*

Rec. Tartari emetic. Grana quatuor. Solve in Aquas destillatas Unc. tribus. Sic Pharm. Batava. — Ph. Hamburg. pr. paup. edit. prim. Tartari emetic. in Aq. fontan. Unc. duabus cum dimidia solvi jubet et solutioni addi-

Oxymellis squillitici Unc. semis. — AUGUSTINI formula in eo ab hac discrepat, quod Granorum quatuor loco tria tantum Tartari emeticici Grana sumi jubet. — Ph. Borussica castrensis auct. RIEMERO praescribit Tartari emeticici Grana tria in Aquae destillatae Unc. duabus solvi. — Ph. Gallica ad tria Tartari emeticici Grana Aquae destillatae novem Uncias sumi proponit. — BORRIES ad Grana duo Tartari emeticici duodecim Aquae Unc., et RATLER ad parandam AQUAM BENEDICTAM (*Eau bénite*) duo Tartari emeticici Grana ad quatuor Aquae Uncias, vel sex Grana Tartari emeticici ad octo Uncias Aquae praescribit. — SPIELMANNUS AD AQUAM STIBIATAM RICHARDI Tartari emeticici Grana quatuor in Aquae Unc. sedecim solvi praescribit. — Plures adhuc sunt praescritions similes; certius autem et melius est, medicum ipsum compositionem quaeasim praescribere. (Conf. et Aq. benedicta ROULANDI et Vinum Antimonii HUXHAMI.)

## AQUA EMMENAGOGA.

Rec. Salis amari Drachm. tres, Vitrioli Martis Gran. duodecim, Aquae purae Libr. duas. Misce et solve.

AQUA EMPYREUMATICA v. Aqua kreasotica (p. 72.).

AQUA ENDIVIAE seu INTYBI. Endivient-Wasser. *Eau d'Endive.* — Paratur uti Aqua Lactucae (p. 72.).

AQUA ENULAE. Mant-Wasser. *Eau d'Annee.* — Paratur ex Radice uti Aqua Angelicæ.

AQUA EPIDEMICA LONDINENSIS. Londoner Gift-Wasser. *Eau épidémique de Londres.*

Rec. Rad. Angelicæ, Torment. Gentian., Zedoar. et Liquirit., Herb. Chelidoni major, Anthos, Ruthae, Salviae, Artemis., Absinthii, Anagallid., Dracontiae, Scabiosæ, Agrimoniae, Melissæ, Scordii, Centaur. minoris, Cardui bened., Beton. et Rovellæ  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam. Macerata in Vini albi Libr. duodecim destillentur ad Dimidiis. (Conf. et Aq. alexiteria p. 41.)

AQUA EPILEPTICA LANGII. Lang's Gift-Wasser. *Eau épileptique de LANGUÉS.*

Rec. Flor. Liliorum convall. rec. Unc. sex, Flor. Lavend. Unc. unam, Flor. Anthos, Stoechadis Arab. et Tiliae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Cinnamomi Drachm. sex, Nuc. Moschat. Unc. semis, Piperis longi, Cubebæ  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Visci querni, Rad. Paoniae et Fraxinellæ seu Dictamni nostratis  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis. Macerantur in Vini generosi Libr. octo per triduum et destillentur ad Dimidiis. — GRAYI formula ad AQUAM EPILEPTICAM seu PAEONIAE COMPOSITAM magis adhuc composita est. Constat ex Flor. Lilior. convall. Libra una, Tiliae Libr. semis, Paoniae Unc. quatuor, Rad. Paoniae Maris Unc. duabus semis, Rad. Dictamni albi, Aristoloch. long.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis, Fol. Visci, Hb. Rutæ  $\frac{aa}{aa}$  Man. duabus, Sem. Paoniae decorticati Drachm. decem, Sem. Rutæ Drachm. quatuor semis, Castorei Russici, Cubebarium, Macidis  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duabus, Cinnamomi Unc. una semis, Flor. Anthos Pugill. sex, Flor. Stoechad. Arabic. et Lavendulae  $\frac{aa}{aa}$  Pug. quatuor, Flor. Betonicae, Tunicae, Primulae Veris  $\frac{aa}{aa}$

Pug. octo, Spirit. Vini simpl. Congiis duobus et semis et Succi Cerasorum nigrorum Libris quatuor. Ex hac miscella, addita sufficiens Aquæ quantitate, destillari jubet Congios quatuor.

AQUA EPILEPTICA PUERORUM Ph. Helveticæ. Gift-Wasser für Kinder. *Eau épileptique pour les Enfants.*

Rec. Aquæ Cerasorum nigrorum, Paeoniae, Primulae veris et Tiliae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Julepi Violarum Unc. semis, Pulveris epileptici MARCIANONIS Scrup. duos. Misce; detur ad vitrum.

AQUA PRO EPITHEMATE CORDIS NORIMBERG.

Rec. Flor. Rosar. rubrar. odoratar., Cort. Aurant. et Citri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Rad. Irid. flor. Drachm. tres, Lign. Santal. omn.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Aq. Rosar. Libr. quatuor, Vini odorati Libr. unam. semis, Aceti rosati Libr. unam. Inc., cont. destillent l. a.

AQUA EQUISETI. Schaftheu-Wasser. *Eau de Prêle des Champs.* — Uti Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

## AQUAE ESSENTIALES BOERRAVII.

Rec. Plantam (vel Flores aut Folia ejus) quam volueris; accipiatur autem adulta, et in optimo vigore constituta, recens collecta matutino tempore, rore adhuc respersa; integra, non contusa; habeatur etiam furnus ex cupro vel stanno, aut etiam e lateribus exstructus, ita, ut non tantum alembicus ei commodè imponi et agglutinari possit; verum etiam necessè est, ut ad altitudinem trium pollicum illi imponatur crater accommodus seu lamina proportionata, lata, pura. Ponatur Herba supra laminam, mollier et non compressa, et rostro applicetur excipulum; deinde furno bene clauso, introducatur per igniarium ad foculum furni pruna, una alterave, corusca, sine fumo; excitetur calor aequalis non major 85° FAHREN. (23½° R.), conservandus tam diu, quam diu liquor aliquis destillat in recipientem; tum amota hac herba, nova in idem propositum; sic iterum tractari poterit successive, donec satis hujus Aquæ fuerit paratum.

AQUA EUPHRASIAE. Augentrost-Wasser. *Eau d'Euphrasie.* — Paratur ex Herba florente recenti uti Aqua Cochleariae (p. 60.).

AQUA EXSICCANS v. Aqua vegeto-mineralis GOUARDI et Lotio adstringens.

AQUA FABARUM FLORUM seu FLORUM FABARUM. Bohnenblüthe-Wasser. *Eau de Fleurs de Feuves.* — Ex Floribus Viciae Fabae recentibus uti Aqua Florum Tiliae paratur.

AQUA FALCONERI v. Aqua acerata alcalina (p. 40.).

AQUA FARFARAE seu TUSSILAGINIS. Hufstättig-Wasser. *Eau de Pas d'Ane.* — Ex Herba recenti vel Floribus recentibus uti aqua Lactucæ (p. 72.) paratur.

AQUA FARFARAE seu TUSSILAGINIS COMPOSITA. BATEANA.

Rec. Hb. Farfar., Hyssopi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. octo, Flor. Farfar. Unc. viginti quatuor, Rad. Liquir. Unc. quatuor. Sem. Anisi Unc. tres, Uv. Pass. Libr.

## 66 AQUA FEBRIFUGA LEMERY — AQ. FOENICULI LACTICINOSA

unam, Cerevisiae fortis Libr. duodecim. Destilla sec. art.

**AQUA FEBRIFUGA LEMERY.** Lemerys Febrifugae-Wasser. *Eau antifebrile de LEMERY.*

Rec. Herb. cum Rad. Foeniculi, Herb. Absinthii, Salviae, Ruta, Artemis., Anthos, Cent. min. ad Man. duos. Macera per triduum in Vini albi Libr. quatuor et destilla.

**AQUA FEBRIFUGA MYSSCHI.**

Rec. Specier. febrif. Myrs., Herb. Centaur. min., Card. bened., Pentaphylli, Absinthii ad Unc. quatuor. Macerentur in Sero caprino et in arena destillentur ad tertium cohobium.

**AQUAE FERMENTATIONE PARATAE.** —

Semper simili modo atque Aq. Centaurii minoris (p. 54.) obtinentur.

**AQUA FERRATA** sec. BORRIES et PIERQUIN. Eisen-Wasser. *Eau ferreuse.*

Rec. Baculorum Ferri rubigine affectorum Manip. unum. Superfunde Aquae bullientis Unc. sedecim. Post horas 12 Aquam decantha.

**AQUA FERRI ACIDULA seu AERATA v.** Aqua chalybeata (p. 56.).

**AQUA FERRI IODATI seu HYDRIODICI PIERQUINI.** Jodeisen-Wasser. *Eau de Iodure de Fer.*

Rec. Ferri hydriodic. Unc. semis. Solve in Aquac purae Libr. duabus.

**AQUA FERRUGINOSA Eisenhaltiges Wasser.** *Eau ferrugineuse sec.* Formulaire pharmaceutique des hopitaux militaires de France. — Solutio est Vitrioli Martis in Decuplo Aquae. (Conf. et Aqua Globuli [p. 68] et Liquor Tartari chalybeati).

**AQUA FERRUGINOSA SALINA v.** Aqua chalybeata (p. 56.).

**AQUA FLAMMULAE.** Brennraut-Wasser. *Eau de Clematide.* — Ex Herba recenti Flammulae Jovis vel Clematis silvestris uti Aqua Pulsillae (p. 86.) paratur.

**AQUA FLORUM sive DE BOUQUET.** Blumen- oder Strauß-Wasser. *Würz-Wasser.* *Eau de Fleurs ou de Bouquet.*

Rec. Spiritus Vini Gallici rectificatissimi Libr. unam semis, Ol. Anthos Drachm. semis, Ol. Limonum Drachm. unam, Ess. Violarum Drachm. unam, Aquae Rosar. Unc. octo. Misce. — Aliud praeceptum: Rec. Aquae sine Pari, Aq. Caryophyllor. ad Unc. duas, Aq. Naphae et Violarum ad Unc. unam, Aq. Lavend. Unc. duas, Aq. Rosar. Unc. quatuor, Aq. Bergamotae et Nuc. Moschat. ad Unc. unam. Misce. — Sec. HENRY et GUIBOURT Aquae Mellis odoriferar. Unc. duae, Spirit. Caryoph. Unc. una, Spir. Calami arom., Lavend. et Cyperi longi ad Unc. semis, Aquae sine Pari Unc. quatuor, Spirit. Jasmini Drachm. novem, Spirit. Irid. flor. Unc. una et Neroli Guttae viginti commiscetur.

**AQUA FLORUM AURANTIORUM v.** Aqua Naphae (p. 80.).

**AQUA FLORUM OMNIUM.** Allerlei Blumen-Wasser. *Eau de Mille-Fleurs.*

Rec. Stercoris vaccini recentis in pratis floribus mense Majo vel Junio collecti quantum

placet. Includatur sacco ligneo et cum Triplo Aquae fontanae leni igne destilletur, atque ex quaquo Libra Stercoris Libra una semis Aquae eliciatur. — Olim absurde ut antarbiticum, anticolicum, lithontriticum, diureticum et externe ut cosmeticum laudabatur. — GRAY proponit Stercus in Aqua frigida macerari et in obstructione ut tonicum et aperientis pro potu adhiberi. — Quondam Lotum Vaccarum recens etiam hoc nomine intelligebatur.

**AQUA FLORUM OMNIUM SPIRITUOSA.** Geistiges Tausendblumen-Wasser oder Liqueur. *Eau de Mille-Fleurs spiritueuse.* — Paratur de stillando Spiritus Vini Gallici Partes duodecim supra Stercoris vaccini recentis ex prato florente collecti Partem unam, admiscendo Destillato obtento Sacchari albi Part. quinque, in Aquae Part. octo solutas.

**AQUA FOENICULI.** Fenkel-Wasser. *Eau de Fenouil.*

Ex Seminibus Foeniculi contusis uti Aqua Cinnamomi (p. 59.) paratur. Ex una Seminis Parte de stillando eliciantur Partes viginti. Oleum aethereum innatans auferatur. — Liquor subturbidus, postremo limpidus, odore et sapore forti, grata foeniculino. — Solutio est Olei Foeniculi in Aqua. — Vis: Seminis.

Aqua vetusta, parum odora vel odore alieno empyreumatico, rejiciatur.

*Usus:* Interne per se, et mixturi miscetur.

Parari quoque potest ex Herba recenti florente cum Seminibus uti Aqua Cochleariae (p. 60.), praecavendo autem empyreuma. — Plures Pharmacopoeiae minorem Aquae quantitatem abstrahi jubent; quod inutile. Obtinetur enim non Aqua Olei praeognatior; major autem Olei aetherei quantitas secernitur. — Ph. Bavariae etiam ex tempore parari proponit, Elaeosacchari Foeniculi Partem unam in Aquae Part. triginta duabus solvi jubens. — Ph. militaris Danica prescribit Olei Foeniculi Guttas quatuor cum Sacchari Drachm. una conteri et in Aquae Unc. quatuor solvi.

**AQUA FOENICULI LACTICINOSA** Ph. Hispaniae. Milchiges Fenkelwasser. *Eau de Fenouil lacteuse.*

Rec. Sem. Foeniculi cont. Libr. tres, Aquae Libr. sex, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. quatuor. Digere per biduum et destilla balneo aquoso ad Libr. tres. — Liquor lacteus odore et sapore fortissimo foeniculino. Tempore aetate facile acescit.

## AQUA FOETIDA PRAGENSIA — AQ. GENERALIS 67

**AQUA FOETIDA seu ANTIHYSTERICA** Pragensium. Stinkendes, antihysterisches Wasser.  
Eau fétide.

Rec. Asae foetid. Unc. tres, Galbani Unc. unam, Castorei Unc. duas seminis, Sem. Paeoniae, Herb. Serpylli, Menthae, Melissae, Matricar., Artemis., Salv., Rutae, Thymi  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Flor. Sambuc., Anthos, Lavend., Tiliae, Tunicae, Liliorum convall., Paralyseos, Paeoniae  $\frac{1}{2}$  Man. tres, Rad. Paeoniae, Galang., Levisticus  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Macid., Cinnamomi; Cubebar., Rad. Zedoar., Myrrhae, Nuc. Moschatae  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Sem. Sileris montani Unc. unam, Vini Mens. sex, Cremati (Spirit. Vini) Libr. tres, Aq. Matricariae Libr. quatuor, Misc., destillet ex balneo Mariae; servetur usui. — SPIELMANNI formula emendata: Rec. Rad. Paeoniae Unc. semis, Dictamni albi Drachm. duas, Levisticu Unc. semis, Zedoar. Drachm. tres, Herb. Matricar., Artemis., Menth.  $\frac{1}{2}$  Man. unum, Hb. Rutae Man. duos, Flor. Chamomillae, Sambuci, Anthos, Lil. convall., Primulae Veris  $\frac{1}{2}$  Pug. duos, Sem. Paeoniae, Sileris montani  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Cionamomi Drachm. tres, Rad. Galang. min. Unc. tres, Cubebar., Macid.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Galbani, Asae foetidae  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Myrrhae Unc. semis, Castorei Moscovitici Unc. duas, Vini albi generosi Unc. centum et viginti, Aq. Matricariae Unc. viginti quatuor. Destillentur lege artis. — Aliarum Pharmacopoearum formulae hinc inde singulis partibus discrepant, in capite rei autem cum his congruent.

### AQUA FOETIDA AUGUSTINI.

Rec. Galbani Unc. unam semis, Asae foetid. Drachm. sex, Rad. Valer. min. Unc. unam, Angel. Unc. semis, Zedoar. Drachm. tres, Sem. Cumini Unc. semis, Myrrhae Drachm. sex, Hb. Menth. crisp. Unc. unam, Menth. pip., Serpylli  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Flor. Chamom. Rom. Unc. duas. Infunde Aq. fontan. Libr. quinque, Spir. Vini Libr. unam. Digere et destilla Libr. tres.

**AQUA FOETIDA seu ANTIHYSTERICIA** Pharm. Borussicae (loco Aquae foetidae Pragensium).

Rec. Galbani Unc. unam, Asae foetidae Unc. unam semis, Myrrhae Drachm. sex, Rad. Valerianae, Zedoariae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Angelicae Unc. semis, Hb. Menthae pip. Unc. unam semis, Serpylli, Flor. Chamomillae Romaniae, Sem. Cumini, Castorei Canadensis  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Conc. et cont. affunde Spirit. Vini rectificatissimi Libr. unam semis. Stent per 24 horas; tum adde Aquas fontanae quantum satis, ut destillando abstrahantur Libr. tres. — Liquor turbidus, odore fortiter graveolente, et sapore ingratu aromaticobalsamico. — Vis: ex nomine patet. Usus: Vel per se internus, vel in mixturis, quibus etiam admiscetur.

### AQUA FOETIDA STEIMICHI.

Rec. Asae foetid., Galbani  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Hb. Menth. pip., Rutae, Sabinae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Castorei Drachm. tres. Conc. , cont. infunde Spirit. Vini optimi Libr. tres, Aq. fontan. Libr. unam semis. Destillentur ad Dimidium.

### AQUA FOETIDA Ph. Saxonicae.

Rec. Galbani, Asae foetid., Castorei Russici, Rad. Valerianae  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Myrrhae, Camphorae, Rad. Galang. min., Cubebar., Cort. Cascariellae, Flor. Cassiae, Sambuci, Anthos  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Flor. Chamom. vulgaris, Hb. Menth. crisp., Rutae, Millefolii  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Aquae Unc. ducentas. Post sufficientem macerationem destillentur Unc. circiter centum et quadraginta quatuor.

**AQUA FOETIDA seu HYSTERICA** Pharm. Austriae - provincialis v. Aqua hysterica (p. 71.).

**AQUA AD FOETOREM ORIS DE SPINA.** Wasser gegen stinkenden Mund. Eau contre la mauvaise Odeur de la Bouche.

Rec. Benzoës Drachm. tres, Styrac. cal. Drachm. tres semis, Lign. Santal. citr. Drachm. duas, Rhodii Drachm. duas semis, Rad. Calami arom. Scrup. semis, Caryophyllor. Scrup. unum, Aq. Rosarum Libr. unam. M., destilla Aquam et adde Moschi Gran. tria; pro Gar-garismate.

**AQUA FORMICARUM** Ph. Bateanae. Ames- sen-Wasser. Eau de Fourmis.

Rec. Formicar. major. Libr. unam, Mellis Libr. duas, Hydropegi. Libr. unam. Destilla sec. artem.

### AQUA FORTIS v. Acidum Nitri (p. 21.).

**AQUA FORTIS ALUMINATA BATEANA.** — Nihil aliud est nisi Aqua Fortis. Addebat enim Nitro praeter Vitriolum Martis etiam Alumen ustum, ex qua miscella Acidum destillando obtinebatur.

**AQUA FORTIS COMPOSITA et DYERI v. Aqua Regis** (p. 87.).

†**AQUA FORTIS MERCURIALIS PLENCKII seu Aqua contra Cariem.** Plenck's quæstus berhaltiges Scheide-Wasser. Eau Forte mercurielle de PLENCK.

Rec. Aquae Calcis vivae Unc. duas, Mercurii, in pari sui Ponderis Parte Aquae Fortis dissoluti, Drachm. unam. Misceantur.

**AQUA FRAGARIAE.** Erdbeer-Wasser. Eau de Fraisier. — Paratur uti Aq. Melissae.

**AQUA FRACORUM.** Erdbeer-Wasser. Eau de Fraises. — Paratur uti Aqua Rubi idaei (p. 88.).

**AQUA FUMARIAE.** Erdrauch-Wasser. Eau de Fumeterre. — Ex Herba florente uti Aqua Acaciarum (p. 39.) paratur.

**AQUA GALEGAE.** Geisrauten-Wasser. Eau de Galega. — Pari modo paratur.

**AQUA AD GANGRAENAM** v. Aqua mercurialis (p. 77.).

**AQUA GASEOSA** v. Aqua aerata (p. 39).

**AQUA GELATINOSA** v. Haustus Collae animalis.

**AQUA GENERALIS** Ph. Parisiensis. Ullæs-meines oder Allerlei-Wasser. Eau générale.

Rec. Sem. Coriandr., Carvi, Sesel., Cumin., Anis, Foenic., Aneth.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis,

Rad. Paeon. Mar., Valerian. silv., Galang. min., Zedoar., Mei, Spicae Nard., Angel. Bohem., Anthorae, Carlin., Contrajerv., Viperin., Gentian., Imperator., Vincetoxic., Helen., Irid. flor., Ari, Acor. ver., Zingib., Rub. tinct., Curcum., Filic. major, Cyclam., Bryon., Aristolochiar. trium, Fraxinell., Pentaphyll., Caryophyllat., Raphan. rustic., Trifol. fibr., Foenic., Calcitrap., Pimpinell., Saxifrag., Chelidion. utriusque, Scrophular., Cynogloss., et Asari, Fol. Betonic., Chamaedrys., Chamaepyth., Majoran., Meliss., Ocym., Origan., Pulieg., Polii mont., Rorismar., Serpyll., Thym., Hyssop., Salv. min., Saturejae, Mari, Scordii, Marrub. alb., Veron., Menth. hort., Fumar., Absinth. Pont. et minor., Bellid. major. et minor., Tanacet., Matrikar., Nepet., Dictamn., Cretic., Abrotan., Centaur. min., Chaeophyll., Virgaureae., Hyperic., Cochlear., Beccabung., Nasturt., Trifol. fibr., Sissymbr.  $\text{aa}$  Unc. unam, Flor. Rorismar., Betonic., Lavendul., Lilior. convall., Primul. Ver., Stoechad., Rosar. rubr., Tiliae, Tunic., Sambuc., Aurant., Calendul., Genist., Cheiri, Chamaemel. Roman., Croci  $\text{aa}$  Drachm. tres, Bacc. Laur. et Junip., Piper. long. et rotund.  $\text{aa}$  Unc. unam semis, Cubebar., Macid., Nuc. Moschat., Caryophyll., Cardamom., Cort. Citr., Aurant.  $\text{aa}$  Unc. tres, Lign. Aloës., Cedrin., Sassafras, Santal. citr., Rhodii, Visci querni  $\text{aa}$  Unc. duas, Cascarill., Unc. quatuor, Gum. Carann., Myrrh., Tacamahac., Benzoës., Styrac. Calamit., Aloës., Carabe  $\text{aa}$  Unc. semis, Castor. Drachm. duas, Opii Thebaic. Unc. unam, Radices et Folia debito tempore lecta exsiccentur, exceptis foliis antiscorbuticis, quae recentia sumenda sunt; Flores vero recentes collecti in Spiritu Vini serventur ad tempus destillationis. Tum incis. et contus. affunde pro una quaque Libra. Spirit. Vini rectificat. Libr. quatuor. Fiat maceratio per vices, tum et destillatio sec. artem balneo Maris. Mixtio amens!

AQUA GENTIANAE COMPOSITA. Zusammengesetztes Enzian-Wasser. Eau de Gentiane composée.

Rec. Rad. Gentianae Libr. unam semis, Fol. Centaur. minor, Flor. ejusdem  $\text{aa}$  Unc. quatuor, Alcoholis Vini Libr. sex et Aquae quantum satis, ut destillando abstrahi possit Congius unus.

AQUA AD GINGIVAS PARISIENSIMUM COR-  
RECTA. Zahnt-Wasser. Eau pour les Gencives.

Rec. Aluminis rupei Unc. semis. Solve in Aquae bullientis Unc. triginta, refrigeratae solutioni adde, Olei Cinnamomi Gutt. sex, Ol. Caryophyll. Gutt. duas, Ol. Citri Gutt. decem; dissoluta in Spirit. Vini rectificati Uncis sex et Aquae Naphae Unc. una filtra (v. et Collutorium adstringens seu aluminosum).

AQUA GLOBULI seu GLOBULORUM MAR-  
TIALIUM. Stahlkugeln-Wasser. Eau de Boule.  
— Solutio est Tartari chalybeati Drachm. duarum in Aquae bullientis Libris duabus.

AQUA AD GONORRHOEAM HOFFMANNI. v. Aq.  
balsamica ad Gonorrhœam (p. 48).

AQUA GOULARDI v. Aqua vegeto-mineralis GOULARDI (p. 94.).

AQUA GRAMINIS. Quecken-Wasser. Eau de Chiendent.

Rec. Herb. Graminis recentis Libr. unam, Aquae communis Libr. decem. Destillent Libr. sex. — AQUA GRAMINIS FERMENTATIONE PARATA. — Ex Radicibus recentibus uti Aqua Centaurii minor. (p. 54.) obtinetur.

AQUA GRISEA Pharm. Wirtembergiae, Aqua ad Synoviam. Graues Wasser. Eau grise.

Rec. Mercurii vivi, Aquae Fortis  $\text{aa}$  Unc. unam. Reponantur in locum calidum, ut solvatur Mercurius; solutioni adde Decocutum sequens. Rec. Rad. Chelidonii majoris, Aristoloch. long., Hb. Rutae hort., Scordii, Flor. Rosarum  $\text{aa}$  Unc. unam. Coq. in Aq. fontan. Libris novem, ut post colataram remaneant Libr. octo. Misceantur calide et statim abibunt in mixturam grisei coloris. — Formula ad parandam AQUAM GRISEAM Gorli sec. SPIELMANNUM eo solūmmodo discrepat, quod Solutionem mercuriale descriptam cum Libris octo Decociti ex Rad. Chelidonii Unc. semis, Hb. ejusdem, Solani, Aristoloch., Flor. Rosarum pallid.  $\text{aa}$  Man. uno et Aquae Unc. centum et viginti misceri proponit. — PIDEIT monet, Solutionis mercurialis descriptae Unciam semis, Suci Chelidonii majoris, vel in ejus defectu Decoceti Radic. Aristolochiae rotundae Unc. sex admiseri.

AQUA GUMMOSA v. Solutio mucilaginosa. AQUA GUTTURALIS ex SCHROEDERO. Hals-Wasser. Eau gutturale.

Rec. Fol. Pyri silv., Hb. Apii, Sanicul., Convolvuli major., Scordii, Pentaphylli, Aristoloch.,  $\text{aa}$  Man. duos, Persol. totius Unc. duas, Albi græci Unc. tres, Cerevisiae acidæ Libr. decem. Post 3 hebdromadum fermentationem distilla sec. artem. — Vix unquam productum hoc fastidiosum adhibebatur.

AQUA HEDERAER TERRESTRIS. Gundelreib-Wasser. Eau de Lierre terrestre. — Ex Hb. recenti uti Aqua Chamomillæ (p. 56.) paratur.

AQUA HELENII v. Aqua Enulae (p. 65.).

AQUA CONTRA HEMICRANIAM. Wasser oder Spiritus gegen einseitigen Kopfschmerz. Eau contre l'Hemicranie.

Rec. Spirit. Sal. Ammon. caustici Unc. quantu. Alcoh. Vini Libr. unam, Camphorae Unc. duas, Ol. Anisi Unc. semis. — Ad inhalationem inservit et externe applicatur.

AQUA HEPATICA, Aqua hydro-sulphurata seu hydrothionica, Acidum hydro-sulphuratum seu hydrothionicum liquidum, Liquor extemporaneus. Schwefel-Wasser, Schwefelleber-Luft-Wasser, hydrothionsaures Wasser, wässrige flüssige Hydrothionsäure. Eau hépatique ou hydro-sulphurée, Acide hydro-sulphurique ou hydrothionique liquide.

Rec. Ferri sulphurati grosso modo pulverati Unc. semis. Inmitte in lagenam et superauffunde Spiritus Vitrioli Uncias quatuor; adaptatato statim tubulo WOULFIANO, introducatur Gas in lagenam altam, ad minimum Libr. durarum Aquae capacem, et Aqua destillata frigida, ad  $\frac{3}{4}$  voluminis repletam, ope tubuli ad fundum usque submersi, donec Gase saturata sit. Parari quoque potest uti Acidum Salis (p. 25.). Servetur in lagenulis bene obturatis, loco frido. — Liquor limpidus, odore penetrante nauseoso-hepatico, uti et sapore, simul dulciuseulo-sulphuroso. — Solutio est Acidi hydrothionici in Aqua. Metalla nociva uti et arsenicum ex solutione plerumque cum colore peculiari praecipitat; aëris aditu facile decomponitur, odorem perdit et Lac sulphuris deposit. — Vis: desoxydans, antirheumatica, antipsorica, antidotum quoque egregium est contra veneno metallica et arsenicia. — Usus: Interne Aqua diluta, si quis veneno infectus est, sumitur; externe pro lotione et balmeis. Tanquam reagens quoque gravissimum inservit. — Aqua parum odora vel salibus cetera adulterata rejiciatur. — Pharm. Borussica Ferri sulphurati loco Calcariam sulphurata (Hepar Sulphuris calcareum) sumi praescribit.

AQUA HEPATICA seu hydrosulphurata cet. artificialis pro balmeis. Künstliches Schwefel-Wasser zum Baden. Eau hepatique ou hydrosulphuree pour les Bains.

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei, Cretae albae  $\frac{1}{2}$  Unc. tres. Pulveritate immite in Solium Aquae fontanae. Mensuras ducentas circiter continens et addere per vices, Aquam semper agitans, Olei Vitrioli Anglici Uncias quinque.

AQUA HEPATICA ACIDULA v. Liquor Vini probatorius HARNEMANNI.

AQUA HEPATICA Tu. HOFFMANNI. Hoffmanns Wasser gegen Leberleiden. Eau hépatique de HOFFMANN.

Rec. Fol. Vitis rec., Herb. Endiv., Acetosellae  $\frac{1}{2}$  Man. tres, Succ. Cichorii Unc. tres semis, Succ. Lactucae Unc. tres, Succ. Melonis, Cucumeris et Cueurbit.  $\frac{1}{2}$  Libr. unam semis, Bacc. Fragor. Libr. unam. Destilla cum sufficiente quantitate Roris majalis, addito pauxillo Salis.

AQUA HEPATICAE NOBILIS Ph. Gallicae. Edelleberkraut-Wasser. Eau d'Hépatique noble. — Uti Aqua Funariae paratur.

AQUA DE HERBIS VULNERARIIS QUAS DICBANT. Wundkräuter-Wasser. Eau d'Herbes dites vulneraires.

Rec. Specierum vulnerariarum Part. unam, Aquae fontanae Part. decem. Destillent Part. quatuor.

AQUA HERMETICA v. Aqua mercurialis simplex (p. 79.).

AQUA AD HERNIAM ex SCHROEDERO. Bruch-Wasser. Eau herniaire.

Rec. Herb Persicariae, Herniariae, Saniculae, Centumnodii  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Rad. Symphyti, Tormentill.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis. In-

funde Spirit. Vini Gallici et Aquae fontanae  $\frac{1}{2}$  Libr. tres Post 4 dierum digestionem destilla.

AQUA HERPETICA BATEANA. Wasser gegen Flechten. Eau contre l'Herpe.

Rec. Alumin. crud. Unc. unam, Vitriol. alb. Unc. duas, Acet. opt. Libr. unam, Rad. Enoi, rec. Unc. duas, Herb. rec. Nicot. Man. unum. Coquae ad consumpt. tertiae Partis; colat. adde Vitrioli calcinat. Unc. semis.

AQUA HIRUNDINARIAE RADICUM. Schwabbenwurz-Wasser. Eau de Domppte-venin. — Ex Radice recenti uti Aqua Calami (p. 50) paratur.

AQUA HIRUNDINUM. Schwabben-Wasser. Eau d'Hirondelles.

Rec. Pullorum Hirundinum quant. vis. Suffocentur in Lacte ovillo, deinde contundantur in levem pultem, vel saltem frusta minora; digerantur simul in fimo equino per aliquot dies, donec levem patredinis notam ineant; postea destillentur in baln. Mariae ad siccitatem. — Productum quam maxime ineptum, fastidiosum.

AQUA HIRUNDINUM CUM CASTOREO. Schwabben-Wasser mit Bibergeil. Eau d'Hirondelles avec du Castoreum.

Rec. Pullos Hirundinum vivos in partes dissecatos N°. quadraginta, Hb. Rutae hortens. recent. Unc. duas, Castorei orientalis veri Unc. unam, Vini albi Libr. octo. Misceantur et statim e vesica destillentur ad Dimidias. — Ph. Palatina tres solummodo Vini Libras, et Herb. Rutae Man. duos praescribit, et ex balneo Mariae destillari jubet; ceterum cum hac praeceptione congituit.

AQUA HIRUNDINUM SINE CASTOREO. Schwabben-Wasser ohne Bibergeil. Eau d'Hirondelles sans Castoreum.

Rec. Pullos Hirundinum dissecatos N°. tringinta, Visci querni, Rad. Paeoniae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Sem. ejusdem Unc. unam, Flor. Sambuci Unc. unam semis, Aquae font. Libr. decem. Misceantur, destillentur ad Dimidias.

AQUA HORMINI COMPOSITA v. Aqua Salviae composita (p. 88.).

AQUA HUNGARICA seu REGINAE HUNGARICAE Pharm. Wirtemberg. et Hannover., Aqua seu Spiritus Anthos sive Rorismarini compositus, Alcohol Anthos compositus. Ungarisch Wasser, zusammengesetzter Rosmaringeist. Eau de la Reine, Esprit de Romarin composée.

Rec. Herb. cum Floribus Anthos una collectorum Libr. quatuor, Hb. et Flor. Salviae Libr. semis, Rad. Zingiberis Unc. duas. Parum incisa infundantur Spiritus Vini rectificati Libr. duodecim, Aquae fontanae Libr. duabus, et distillatione ex vesica leni igne Libr. undecim eliciantur. — Si Spiritus prolectus denuo cohobetur de novis floribus, odoratui magis probabitur. — Liquor spirituosus, grato-aromaticus. — Vis: excitans, confortativa. Convenit cum Aqua Carmeli-

tarum (p. 52.). — SPIELMANNUS suadet solummodo Ramorum Rorismarini cum Herb. et Floribus Unc. quadraginta octo cum Spiritus Vini Unc. centum quatuor et quadraginta destillari, usque dum phlegma apparuerit. — Ph. HELVETICAE formula cum hac congruit. — Ph. DANICA praescribit Flor. Anthos Libr. unam et Lavend. Unc. quatuor cum Spirit. Vini Galli Lili Libr. sex, ad Dimidias destillari. — RENNIE, SWEDIAUHI ET VAN MONS formulae in capite rei cum hac congruant. — Ph. FERRARIENSIS praescribit Herb. Anthos Libr. duas, Salviae Unc. tres et Thymi Unc. sex cum Spiritus Vini rectificati Libr. sedecim in balneo Mariae destillari. (Conf. et Spirit. Anthos et aromaticus.)

AQUA HUSSONI seu AQUA MEDICINALIS HUSSONI. *Hussoni Wasser. Eau de Husson.* — Cum Vino Colchici congruit. — JOAN MOORUS Vinum Hellebori albi esse dicit et REECE Tincturam Gratiolaes esse contendit.

AQUA HYDRARGYRI MURIATICI CORROSIVI CUM OPIO v. Aqua ophthalmica CONRADI (p. 82.).

† AQUA HYDROCYANICA VEGETABILIS SCHRADERI. *Vegetabilisches blausäurehaltiges Wasser. Eau hydrocyanique végétale.*

Rec. Olei aetherei Amygdalarum amarorum Drachm. unam. Solve in Spiritus Vini rectificatissimi Unc. una semis, admisce Aquae destillatae Unc. sedecim et dimidiam. Serva in vitris parvis optime obturatis. — Vis: et Usus: Aquae Amygdalarum amarorum (p. 42.) et Lauro-Cerasi (p. 72.). — Ph. GALLICA ex edit. FEK praescribit Olei aetherei Amygdalarum amarorum et Alcoholis Vini as Drachm. unam cum Aquae Uncis novem commisceri. — Nomine ACIDI HYDROCYANICI seu BORUSSICI VEGETABILIS SCHRADERI, *Vegetabilische Blausäure, Acide hydrocyanique végétale*, solutio Olei Amygdalarum amarar. aetherei Drachmæ unius in Alcoholis Vini p. sp. 0,815 et Aquae destillatae as Drachmis novem intelligitur. (Hæ formulæ etiam cum Aque Phyllidis [p. 85.] congruant.)

AQUA HYDROPICA DE SPINA. *Spina's Wasser gegen Wassersucht. Eau hydropique de SPINA.*

Rec. Summit. Eboli, Genistæ, Sambuci as Man. quatuor, Rad. Gentian. Unc. unam semis, Liquir. Drachm. sex, Cort. inter. Sam-buci, Betulae, Alni as Unc. semis, Bacc. Lauri Unc. unam, Junip. Unc. unam semis. Inc., cont. destillent in Vino tertia vice in arena.

AQUA HYDROPIPERIS. *Wasserpfeffer-Wasser. Eau de Persicaire poivrée.* — Paratur ex Herbe recenti uti Aqua Pulsatillæ, excluso omni aëre (p. 86.). Statim Aqua prolifica acerima in vasis optime clausis asservanda. — Vis: et Usus: Herb. — Aqua acrinonia egens rejiciatur.

AQUA HYDROSULPHURATA seu hydrothionica et hydrosulphurata acidula v. Aqua hepatica et Liq. Vin. probat. HAHNEMANNI.

AQUA HYPNOTICA WEICKARDI. *Weickard's schlafmachendes Wasser. Eau hypnotique de WEICKARD.*

Rec. Opii rec. Unc. unam, Sem. Hyoscyami Unc. semis, Sem. Lollii, Papav. as Drachm. tres, Cort. Mandragor. Drachm. duas, Croci or. Drachm. unam, Nuc. Moschat., Gal. Moschat. as Drachm. semis. Cont. affunde Vini generosi ad supereminent, macera in sole per 3 dies, poste destilla.

AQUA HYSSOPI ISSOP-WASSER. *Eau d'Hyssope.* — Paratur uti Aqua Melissæ.

AQUA HYSTERICA. *Mutter-Wasser. Eau hysterique.*

Rec. Rad. Paeon. Zedoar., Levistici, Imperator. as Unc. unam, Hb. Meliss., Matricaria, Menth., Flor. Chamom. Roman. as Unc. unam semis, Sem. Carvi, Sileris montani, Foeniculi, Cort. Citri exterioris as Unc. unam. Inc. et cont. infundantur Spirit. Vini rectificati Libra dimidia, Aquæ fontan. Libris septem. Digesta per biduum, destillentur lento igne ex vesica, donec Libr. quatuor liquoris habeas.

AQUA HYSTERICA OFFICINALIS Dispens. Brandenburgici.

Rec. Rad. Paeoniae Unc. unam semis, Angel., Bryon., Levisticæ, Mei as Unc. semis, Hb. Matric., Meliss., Mercurial., Rutae, Salviae as Man. unum, Flor. Anthos, Melissæ as Man. semis, Sem. Agni casti, Carvi, Cumini, Dauci, Meliss. as Drachm. unam semis, Sem. Pastinacæ sylvestr., Sileris montan. as Drachm. tres, Cassiae lignæ Unc. semis, Rad. Galang. Drachm. unam semis, Macid., Nuc. Moschat., Rad. Zedoar. as Drachm. tres, Castorei, Visci querne as Unc. unam. Conc. et cont. infundantur Vini Rhenani Libr. quatuor, Aquæ Matricar., Melissæ, Pulegii, Rutæ as Libr. una. Stent in digestione loco calido, vase clauso, per dies septem, postea Maris balneo destillentur ad siccatem. — Ph. PALATINÆ formula: Rec. Succ. depurati Hb. Matricariae et Mercurialis as Libr. unam, Nuc. Moschat., Cinnamomi, Ligni Aloës, Macid. as Unc. semis, Flor. Anthos, Salviae as Manip. unum, Castorei optimi Drachm. sex, Faeculae Bryoniae Unc. semis. Digerantur per 3 dies, poste per balneum vaporosum ferventissimum destillentur. — VAN MONS formula: Rec. Castorei, Myrrhae as Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Cort. exter. rec. Citri, Hb. recent. Artemis., Basilici, Catariae, Matricar., Pulegii, Rutæ et Sabinae as Unc. unam, Spirit. Vini Unc. sexaginta quatuor. Infunde successive Crocum, Castoreum et Myrrham Spirit. Vini Uncis sex, filtra; distilla residuum et reliquæ substantiae cum remanente Spiritu et Aquæ Libris octo, donec Unc. sexaginta quatuor prodierint, quibus additur tinctura obtenta. — Ejusdem formula AD AQUAM HYSTERICAM REFORMATAM. Rec. Cort. exter. recent. Citri Part. unam, Hb. Melissæ, Flor. Chamom. Romanæ as Part. duas, Semin. Cumini Part. tres, Rad. Angelicæ Part. quatuor, Spirit. Vini Part. duodecim et Aquæ fontan. Part. centum quadraginta quatuor. Destillent Part. quadraginta octo. — AQUA HY-

## AQUA HYSTERICA FOETIDA — AQ. JUNIPERI BACCARUM 71

**STERICA CRATI.** Rec. Tincturae Valerian. Unc. semis, Ol. Pulegii Gutt. duodecim, Ol. Rutae Gutt. tres, Spirit. Vini rectificati et Aquae fontanae  $\frac{1}{2}$  Libr. unam. Misce.

**AQUA HYSTERICA FOETIDA** Ph. Austriaco-provincialis.

Rec. Galbani, Asse foetid.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Opopanax, Myrrhae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Castorei, Rad. Levistici, Galangae, Paeoniae, Dictamni albi, Zedoar.  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex, Sem. Cumin., Macid., Hb. Matricar., Melissae, Menth.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Rutae Unc. duas. Inc., cont. infunde Spirit. Vini Libr. duas, Aq. fontan. Libr. decem. Destillent Libr. sex.

Pharm. pristinae e plures etiam formulas ad parandas varias Aquas hystericas, continent, quae autem nunquam hodie desiderantur. (Conf. et Aqua foetida, Spiritus hystericus et Tinctura hysterica.)

**AQUA JACEAE.** Freisamkraut-Wasser. *Eau de Pensees.* — Ex Planta florente recenti cum Radice, uti Aqua Chamomillae (p. 56.) obtinetur.

**AQUA JAVELLI.** Aqua seu Liquor Kali chlorati sive chlorosi. *Javellesche Wasser.* fälschliche Bleichflüssigkeit, flüssiges Chloralkali oder vielmehr chlorobisches Kali. *Eau de JAVELLE,* Chlorure ou Chlorite de Potasse liquide. — Obtinetur parimodo atque Aqua Chlори (p. 57.). Introducit autem Gas Chlорi lente in Solutionem frigidam Cineris clavellatae depurati, ex una Salis Parte et decem Aquae facta, ad saturationem usque. Pariter loco umbroso asservanda. — Liquor limpidus, odore debili Chlорi et sapore nauseoso-corruigante, alkalino; colores organicos destruens, praecipue acidorum ope. — Solutio est Kali chlorosi et Salis digestivi in Aqua. — *Vis: et Usus:* Aquae Chlорi et Calcariae chlorosae. — Aqua sapore pure salso, facultate colores destruente egenda rejiciatur.

**AQUA IMMORTALIS v.** Aqua carminativa ex sex Seminibus (p. 53.).

**AQUA IMPERATORIAE seu OSTRUTII RADICIS.** Meistermürz-Wasser. *Eau d'Imperatoire.* — Ut Aqua Calami paratur.

**AQUA IMPERIALIS CORRECTA** ex SCHROEDERO. Verbeijerte KaiserWasser. *Eau imperiale.*

Rec. Flaved. Cort. Aurant. et Citri, Nuc. Moschat., Caryophyll., Rad. Zinziber.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cinnamom. Unc. duas, Rad. Cyperi, Iresos flor., Anagallid., Calam., arom., Zedoar.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Bacc. Juniper. Unc. duas, Fol. Lauri, Hb. Hyssopi, Melissae, Salv., Thymi, Sem. Basilici et Majoran.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Flor. Rosar. Libr. semis, Flor. Lavend., Anthos, Angelicae, Tunicae, Sambuci  $\frac{1}{2}$  Libr. unam. Conc., cont. et Flor. Rosar. obvolvitis affunde in vase vitro Aquae Rosar. et Vini optimi  $\frac{1}{2}$  quant. satis ad eminent. 5 digitorum. Post 8 dierum digestionem in cineribus destilla lenissimo calore, dum suspendatur in alembico Moschi Scrup. unus.

**AQUA INTYBI** = Aqua Endiviae.

**AQUA IODATA seu MINERALIS IODATA LUGOLI N° 1.** *Lugols Jod-Wasser No. 1.* *Eau Iodate de Lugot No. 1.*

Rec. Iodi Gran. tres quadrantes, Kalii iodati

Gran. unum semis, Aquae dest. Unc. octo. Misce et solve.

**AQUA IODATA LUGOLI N° 2.** — Solutio est Iodi Gran. unius et Kalii iodati Gran. duorum in Aq. dest. Unc. octo.

**AQUA IODATA LUGOLI N° 3.** — Constat ex Iodi Grano uno et quadrante; Kalii iodati Granis duobus semis et Aq. dest. Unc. octo. — Interno adhibentur hae Aquae, parva dosi, praecipue in scrophulis.

**AQUA seu SOLUTIO IODATA LUGOLI ad Usus externos N° 1.** — Solutio est Iodi Gr. duorum et Kalii iodati Gran. trium in Aq. destillatae Libr. una.

**AQUA IODATA LUGOLI ad Us. extern. N° 2.** — Gran. tria Iodi et Gran. sex Kalii iodati in Aq. destill. Libr. una soluta continet.

**AQUA IODATA LUGOLI ad Us. ext. N° 3.** — Ex Iodi Gran. quatuor, Kalii iodati Gr. octo et Aq. dest. Libr. una constat.

Aliae formulae Lugoli pristinae ad **AQUAM IODATAM** seu **MINERALEM IODATAM N° 1.** ex Salis marini Gr. duodecim, Tinct. Iodi Gr. duodeviginti et Aq. dest. Libr. una, — ad **AQUAM IODATAM N° 2.** — ex Sal. marin. Gr. duodecim, Tinct. Iodi Gr. viginti quatuor et Aq. dest. Libr. una, — ad **AQUAM IODATAM N° 3.** ex Sal. marin. Gr. duodecim, Tinct. Iodi Gr. triginta sex et Aq. dest. Libr. una — constant. (V. etiam *Balnea iodata.*)

**AQUA ISCHIADICA.** Wasser wider das Hüft- weh. *Eau ischiadique.*

Rec. Vitrioli Romani Libr. duas, Tartari albi Unc. tres, Mumiae, Mastich., Olibani, Myrrhae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, G. Ammoniaci Unc. unam semis, Mellis optimi Libr. duas, Spirit. Vini Gallici Libr. unam. Destillet et cohobetur vicies ter et plus e baln. Mariae. — Praeceptum absurdum.

**AQUA JUGLANDIUM NUCUM seu NUCUM JUGLANDIUM FERRARINI.** Nuss-Wasser. *Eau de Noix commune.*

Rec. Flor. masculin. Juglandium recent. Libr. undecim, Fruct. Jugland. rec. immat. Libr. duodecim, Aquae commun. Libr. triginta sex. Coque in lebetestanneo Florum Libr. unam cum Aqua ad Quadrantis fluidi consumptionem, et decoctum colatum cum reliquis Floribus in alembico maceratione per unum diem subjice, quo facto  $\frac{2}{3}$  fluidi destillent; hanc Aquam destillatam Nuc. virid. cont. Libr. sex infunde, ut post 24 hor. macerationem  $\frac{2}{3}$  destillent; tum Nucibus rejectis, decoctio Aquam destillatam affundendo reliquas Nucum Libr. sex adde, quo facto Aquae Libr. decem destillatione eliciantur.

**AQUA JUGLANDIUM NUCUM seu NUCUM JUGLANDIUM viridum simplex.** Nuss-Wasser aus unreifen Früchten. *Hydrolat de Noix verte.* — Obtinetur sec. HENRY et GUIBOURT destillando Nuc. rec. immaturor. Libr. quatuor cum Aquae Libr. duodecim, donec quatuor Libr. elicite sint.

**AQUA JUNIPERI BACCARUM.** Wachholderbeeren-Wasser. *Eau de Baies de Genivière.* — Paratur uti Aqua Foeniculi (p. 66.). Obtinetur etiam in confidendo Oleo aethereo vel Roob.

## 72 AQUA JUNIPERI EX FOLIIS — AQUA LAURO-CERASI

AQUA JUNIPERI EX FOLIIS sec. VAN  
MONS. Bachholderblätter-Wasser. *Eau de Feuilles de Genevrier.* — Paratur ex Foliis recentibus uti Aqua Fumariae (p. 67.).

AQUA JUNIPERI COMPOSITA v. Spiritus.

AQUA KALI seu Potassae v. Lixivium caustum et Oleum Tartari per deliquitum.

AQUA KALI SULPHURATI AUGUSTINI seu Potio sulphurosa. *Schwefelkohle-Lösung. Eau de Foie de Soufre, Potion sulphureuse.*

Rec. Hepatis Sulphuris kalini Grana quadranginta. Solve in Aquae fontan. Libr. una. — Pro autodoto Arsenici habetur; pro potu sumenda.

AQUA KALINA AUGUSTINI. *Kalihaltiges Wasser. Eau potassée.*

Rec. Cinerum clavellatorum depurat. Drachm. unam. Solve in Aquae distillatae Uncis quatuor.

AQUA KALINA AETHEREA. *Potio antiasthmatica. Kalihaltiges Wasser mit Äther. Eau potassée avec de l'Ether.*

Rec. Kali carbonici Drachmam unam. Solve in Aquae Menthae piperitae Unc. quatuor; adde Liquoris anodynii HORSTMANNI Scrupul. duos, Syrupi communis Unc. semis.

AQUA KREOSOTICA. *Kreosot-Wasser. Eau kréosotique.*

Rec. Kreosoti Drachmam unam, Aquae distillatae Unc. decem. Misce, conquassans saepius vehementer, donec Kreosotum solutum sit. — Liquor aqueus neuter, odore et sapore penetrante fumi vel potius Kreosoti. — Solutio est Kreosoti in Aqua. — *Vis:* Carnem praecipue conservans. — *Usus:* Interne et externe adhibetur. Praecipue in ulceribus putridis, carie, dysenteria, doloribus dentium, cutis ambustione cet. novissimis temporibus laudatur, caute autem semper adhibenda. (Conf. etiam Kreosotum.) — Sit Aqua pura et fortis sapore pungente; aëris aditus non alteretur; leni calore penitus in auras abiens. — Ad eandem remaque haec Aqua spectat AQUA BINELLI seu BALSAMICA ARTERIARUM BINELLI. Arcanum, quod in Italia paratur. — Liquorem exhibet limpidum, neutrum, odore debili fumi uti et sapore. — In capite rei Aqua kreosotica, valde diluta, esse videtur. — Virtus styptica sanguinem summopere sistens ei adscribitur; ex novissimis autem experimentis patet, parum tantum in hac re praestare. — AQUA EMPYREUMATICA simile productum est. — Obtinetur saturando Acetum Lignorum empyreumaticum crudum (p. 9.) Calce seu Crete et destillando liquorem turbidum, Calcem in excessu continentem, in apparatus percipi ex balneo Mariae ad siccitatem usque. — Liquor et odore et sapore Aquae BINELLI persimilis. Aëris autem aditus tempore colore fuscum assumit, flocculosque concolores deponit et corruptitur. — Pari modo atque Aqua BINELLI adhibetur.

AQUA LACTIS ALEXITERIA BATEANA. *Bates Milch-Wasser. Eau du Lait de BATE.*

Rec. Herb. Ulmariae, Card. bened., Rutae capariae aa Man. sex, Hb. Menthae, Absinthii

aa Man. quinque, Ruta hortens. Man. tres, Angelicae Man. duos, Lactis vaccini Congium unum Destillent in balneo Mariae ad siccum.

AQUA LACTIS SCORBUTICA BATEANA.

Rec. Herb. Cochleariae marin., Sedi majoris aa Man. duodecim, Beccabung., Graminis, Nasturt. aquat. aa Man. sex, Chaerophyl. Man. quatuor, Lactis recent. Libr. duodecim. Destilla sec. artem.

AQUA LACTUCAE SATIVAE Ph. Gallicae. *Lattig-Wasser. Eau de Laitue.*

Rec. Lactucae sativae florentis Libras quinque. Concisis superaffunde Aquae Libras quatuordecim; destillent Libr. decem. Reaffundantur in novam Lactucae quantitatem, priori aequali, admixta sufficiente Aquae quantitate; destillent iterum Libr. decem, quea denuo supra aequalem Lactucae quantitatem cohobanda, donec odore Lactucae forti graveolente onusta sit. — *Vis:* sedans, anodyn. — *Usus:* Internus; per se adhibetur et mixtus admiscetur. — Efficacior Aqua Lactucae obtinetur ex Succo recenti Plantae florentis (AQUA SUCCI LACTUCAE) destillatione provida. — Proponunt etiam ex Seminibus parari. Non nisi ex Seminibus recentibus (Fructibus) immaturis Aquam odoratam obtinebis. Semina matura siccata plane inodora nihil aliud nisi Aquam puram exhibeant.

AQUA LAURI CASSIAE ET LAURI CINNAMOMI v. Aqua Cinnamomi (p. 59.).

† AQUA LAURO-CERASI seu PRUNI LAURO-CERASI. *Rüschlorbeer-Wasser. Eau de Laurier Cerise.*

Rec. Foliorum recentium Lauro-Cerasi, mense Junio vel Julio collectorum et concisorum, Libram unam, Aquae fontanae Libras duas. Juncturis apparatus destillatori optime clausis, destillat ex balneo Calcariae muriatricae Libra una. Liquor elicitus conquassetur, ut oleum depositum solvatur, tunc seponatur, decanthetur ab oleo forsitan non soluto, et servetur in lagenulis optime obturatis loco frigido obscurio. — Liquor subturbidus, odore et sapore penetrante amygdalino, Aqua Amygdalarum amarorum paullo gratiore, quam ceterum, quo ad proprietates et *Vires*, omnino convenit. — *Usus:* Idem. — Sit Aqua bonae notae, ut modo designata; Unc. una saltem Grana tria argenti cyanati praebeat. — Aqua parum odora vel acida, cum reagentibus paullum tantum acidi borussici indicans, rejiciatur.

Dispens. Fuldensis et Lippiaci et Pharm. Wirtemberg, formulae in capite rei cum hac congruunt, et Ph. Bavariae formula eo columnmodo discrepat, quod ad unam Foliorum Lauro-Cerasi Partem quinque Aquae Partes sumit, destillando autem pariter unam tantum Partem abstrahi praescribit. — Ph. Batava, Belgica et d'Anvers praescribunt ad Unc. sedecim Foliorum Lauro-Cerasi recentium tres Aquae Libras et inde destillando

elici Unc. sedecim. — Ph. Danica, Oldenburgia et SWEDIAUR praescribunt a duabus Foliorum Lauro-Cerasi Partibus, addita sufficiente Aquae quantitate, tres partes destillando elici. — Ph. Gallica a duabus Foliorum Lauro-Cerasi Partibus cum duplo Aquae mixtis unam tantum Partem destillando abstrahi. — Ph. Parmensis et BRUGNATELLI ex una Foliorum Lauro-Cerasi Parte cum dimidia Aquae mixta, quartam tantum destillando elici proponunt. — FERRARINI formula cum hac congruit, nisi quod ad unam Fol. Lauro-Cerasi duas Aquae partes sumi praescribit. — VAN MONS ad unam Fol. Lauro-Cerasi duodecim Aquae praescribit et duas destillando abstrahi. — Ph. Borussica ad duas Foliorum Lauro-Cerasi recentium Libras sex Aquae Libras et Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sex praescribit, ex quibus destillando elici Libras tres. — Cum hac formula plures aliae in capite rei congruent, discrepant autem Spiritus Vini quantitate. — Sic Ph. Hannoverana et Hassiae El. ad designatam quantitatem substantiarum duas Spiritus Vini rectificati Uncias praescribunt. — Ph. Slesvico-Holsatica quatuor Spiritus Vini rectificati Uncias. — Ph. Saxonica ad Foliorum Lauro-Cerasi rec. Libr. unam, Unc. unam Spirit. Vini rectificatissimi et sex Aquae Libr. praescribit, de quibus destillando evocandas Libr. tres. — Ph. Polonica dimidiad tantum Aquae partem proponit, et ab una Foliorum Lauro-Cerasi unam et dimidiam destillando elici.

<sup>†</sup>AQUA LAURO-CERASI CUM BELLADONNA seu Potio temperans AUGUSTINI.

Rec. Extracti Belladonnae Grana tria. Solve in Aquae Lauro-Cerasi Drachm. tribus. — Alia Formula a NEUBECHE et JAHN proposita: Rec. Extr. Cratiolae Drachm. duas, Extr. Belladonnae Gr. decem, Aquae Lauro-Cerasi Unc. unam. Misce.

AQUA LAVENDULAE. Lavendel-Wasser. *Eau de Lavande.* — Paratur ut Aqua Menthae piperitae. (p. 78. — Conf. et Spiritus seu Alcohol Lavendulae.)

AQUA LAVENDULAE AMMONIACALIS  
GRAYI.

Rec. Ol. Lavendulae Unc. duas, Essentiae Ambrae Unc. unam, Aquae Luciae Octarium unum, Spirit. Vini rect. Octarios duos. Misce.

AQUA LAVENDULAE BRITANNICA SMITHICO solummodo discrepat, quod Aquae Luciae loco Aquam Colonensem sumi proponit.

AQUA LAVENDULAE COMPOSITA ex SCHROEDERO.

Rec. Macid., Nuc. Moschat., Cubebar., Rad. Zinziber., Cinnamomi, Rad. Galangae et Calami, Caryophyllor., Visc. querne <sup>aa</sup> Drachm. unam semis, Rad. Paon. rec., Sinap. alb. <sup>aa</sup> Unc. unam semis, Flor. Tiliae, Paon., Anthos, Lavend., Lilior. convall. <sup>aa</sup> Man. viginti quatuor. Affunde Vini optimi quant. sat. et distilla 1. art.

AQUA LAXANS YOUNGII. Young's Larir-Wasser. (*Purging Drink.*) Eau purgative de YOUNG.

Rec. Salis Alcali mineralis Drachm. duas, Cremoris Tartari Unc. tres, Aquae Libr. octo. Misce. In lagenis lapideis statim bene obturandi servanda.

AQUA LAXATIVA seu Infusum laxativum, Infusum Sennae cum Manna. Larirwasser, Larirtränchen. Eau laxative.

Rec. Foliorum Sennae Unciam semis. Afundere Aquae communis servidae Uncias quatuor. Macera per semihoram. In colatura expressa solve Mannae Calabrinae Drachmas sex. Denuo cola et addere Elaeosacchari Citri Drachmanum unam. — Liquor obscure fuscus, odore haud grato Sennae uti et sapore, simul dulci. — Vis: ex nomine patet. — Usus: Per se datur. Mora facile corrumpitur, quare non nisi desiderante medico recens paranda.

Pharm. d'Anvers praescribit Fol. Sennae Unc. unam semis et Sem. Coriandri Drachm. duas cum Aquae bullientis per horam digeri et in colatura Unc. quatuordecim dissolvi Mannae Unc. quatuor. — Ph. Bavariae Fol. Sennae Part. unam cum Aquae servidae Part. octo per semihoram infundi, tunc Mannae Part. unam solvi, postea colari praescribit. — Ph. Bremen sis praescribit Fol. Sennae Unc. semis, Sem. Coriandri Drachm. unam cum sufficiente Aquae bullientis quantitate infundi et leniter coqui; in colatura Unc. quatuor dissolvi Mannae Unc. unam. — Disp. Lippiacum proponit, Fol. Sennae Alexandr. Unc. tres cum Aquae de still, servid. Labris duabus per semihoram digeri, in colatura expressa solvi, Mannae electae Unc. quatuor semis; refrigeratis admisceri Liquoris anodynii Hoffmanni Drachm. duas. — Ph. Hamburgensis p. p. sec. edit. praescribit Fol. Sennae Drachm. sex, in Aquas Uncias novem ebulliri et Mannae Unc. duas solvi. — Ph. Ferrariensis proponit, Fol. Sennae Drachm. tres, Mannae Unc. duas, Fructum Citri N° 1, in Aquae tepidae Unc. octo per 12 horas infundi. — Ph. Parmensis praescribit Fol. Sennae Drachm. tres, Mannae Unc. tres, cum Aquae tepidae Unc. octo per horam infundi, colaturam Albuminis Ovi ope clarificari et Succi Citri Unc. semis admisceri.

AQUA LAXATIVA ANGELICA Ph. Austriae co-provincialis. English Larir-Wasser. Eau laxative angelique.

Rec. Cremoris Tartari Drachm. duas. Dissolvantur in Aquae ebullientis Unc. octo. Dissolutis solvanur Mannae electae Unciae duae, Salis vegetabilis Drachm. una semis, Succus Pomi Citri unius. Infundantur servide in vase clauso super Corticibus ejusdem pomi. Liquor Albumino Ovorum clarificatus filtretur.

AQUA LAXATIVA MANNAGETTAE seu Infusum laxativum Mannagettae Pharm. Wirtemb. Larir-Wasser oder Trank mit Manna. Eau ou Infusion laxative de Mannagette.

Rec. Fol. Sennae elect. Drachm. tres, Cremor. Tart. Drachm. unam, Passul. minor. Drachm. tres, Rad. Zinziberis albi Serupul. unum. Infunde Aquae ferventis Unc. quatuor. Post di-

74 AQ. LAXAT. VIENNENS. — AQ. LIGNI SASSAFRAS COMPOS.

gestionem per 24 horas exprime; in colatura dissolve Mannae Calahr. Unc. unam; Albumine Ovi clarifica. — Ph. Helvetica Cremoris Tartari loco Sal. Sedlitzensis Drachm. unam summi proponit. Disp. Brunsvic. praescribit Fol. Sennae elect., Passul. minor.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam semis, Tartari tartarisati, Sem. Coriandri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, cum Aquae ferventis Unc. sedecim infundi, post 24 horas exprimi, et in colatura solvi Mannae Calabrinae Unc. quatuor, tunc denuo colari. (V. etiam sequens.)

AQUA LAXATIVA seu purgans Viennensis, Decocum seu Infusum Sennae compositum seu cum Manna et Sale sive tartarisatum, Infusum catharticum seu purgans sive Sennae laxativa, Potio seu Ptisana laxativa. Wiener Larirwasser, Wienertränkchen. Eau laxative de Vienne.

Ree. Folior. Sennae sine stipitibus Unc. tres, Passularum minorum Unc. unam semis, Rad. Polypodii querini Drachm. tres, Sem. Coriandri Drachm. duas, Cremoris Tartari Unc. semis. Miscantur ei decoquantur cum Aquae fontanae sufficiente quantitate ad Libras duas; colatura post forte expressionem addantur Mannae Calabrinae electae Unc. octo. Colata et lege artis clarificata servetur. — Liquor obscurus fuscus, clarus, odore sub-nauscoso, parum aromatico et sapore ingratu amariuscule-dulci.

Formula descripta recentibus temporibus multisfariam immutata est. — Ph. Borussica praescribit ad INFUSUM SENNAE COMPOSITUM Fol. Sennae Unc. semis cum Aquae servidae Unc. quatuor per semihoras macerari; in colatura solvi, Salis polychresti SEIGNETTE Unc. semis et Mannae Drachm. sex, denuo colari et addi Elaeosachari Citri Drachm. unam. — Ph. castrensis Borussica ad Fol. Sennae Drachm. duas, Aquae servidae Unc. quatuor, Salis GLAUBERTI Drachm. sex et Mellis puri Unc. semis praescribit. — Ph. Austriaca ad INFUSUM LAXATIVUM praescribit Fol. Sennae Drachm. sex, Cremoris Tartari Drachm. unam cum Aquae font. servid. Unc. sex per quadratem horae infundi, et in colatura expressa solvi Mannae electae Unc. unam; tunc clarificari. — Ph. Austriaco-provincialis huic compositioni addi praescribit Sem. Anisi stellati Drachm. unam et Unc. unius Mannae loco tres Uncias sumi. — AUGUSTINI formula ad INFUSUM SENNAE CUM MANNA: Rec. Fol. Sennae Unc. semis, Sem. Coriandri (vel Foeniculi vel Anisi) Drachm. unam. Infunde sufficie Aquae servidae quantitate, ut fiant colaturee Unciae duea semis, in quibus solvantur Mannae electae Unc. una et Cremoris Tartari Drachm. una. — Ph. Danica et Suecica ad INFUSUM SENNAE COMPOSITUM seu Decocum laxativum Viennense praescribunt Fol. Sennae elect. Unc. unam semis, Passul. minor, Drachm. sex, Sem. Coriandri Drachm. duas, Tartari solubilis Drachm. quinque, in Aquae bullientis Unc. viginti quatuor infundi, et leniter coqui, in colatura expressae Unc. quatuordicim solvi Mannae Calabrinae Unc. quinque. — Ph. Ferrariens. Fol. Sennae Drachm. tres,

Cremor. Tartari Drachm. unam, Sem. Anisi stellati Scrupul. unum, Mannae Unc. unam et Aquae Unc. sex praescribit — Ferrarini sex Drachmas Fol. Sennae praescribit, Anisum stellatum omittit ei liquorem clarificari proponeat; ceterum cum praecedente congruit. — Ph. Hannov. et Hassiae El. praescribut, Fol. Sennae Unc. tres, Passular. minor. Unc. unam semis, Cremor. Tart. Unc. semis, Sem. Coriandri Drachm. duas, cum Aq. tepidae Unc. triginta quatuor macerari per horam, tunc in colatura solvi Mannae Calab. Unc. octo. — Ph. Lusitan. ad INFUSUM SENNAE TARTARISATUM seu Aquam laxativam Viennensem praescribit, Fol. Sennae Drachm. tres, Cremor. Tartari Drachm. unam, Sem. Anisi stellati Drachm. semis in Aquae servidae Unc. sex per horam digeri, et in colatura solvi Mannae electae Unc. duas.

— Ph. SAXONICA praescribit Fol. Sennae Part. unam cum Aquae ferventis per horam semis macerari et colato addi Mannae (seu Sacchari albi?) Part. unam semis. Desiderante medico addi poterit foliis macerandis Cardamomi minor. vel. Sem. Coriandri vel Flav. Cort. Auran. quadrans, sin. cum Sale, amari vel polychresti Pars dimidia. Ad dimidiis leni calore evaporata duplicata vocari solet. — Ph. Slesvico-Holsatica praescribit Fol. Sennae Unc. unam semis, Passul. minor. Drachm. sex, Sem. Coriandri Drachm. duas, cum suff. Aquae ferventis quantitate per horam macerari, ut fiant colaturee Unciae duodecim, in quibus solvendae Mannae Calabrinae Unc. quatuor et Salis SEIGNETTE Unc. una, tunc denuo colanda. (Conf. porro INFUSUM LAXATIVUM seu Sennae simplex, Liquor aperitivus, Mixtura laxans et manna, Potio angelica et laxativa.)

AQUA LEDI PALUSTRIS seu Anthos sylvestris. Porch-Wasser oder Wilden Rosmarin-Wasser. Eau de Romarin sauvage. — Paratur uti Aqua Menthae piperita (p. 78.) — Aquae Rosarum loco vendi sefirur.

AQUA LEVISTICI RADICIS. Liebstöckel-Wasser. Eau de Levèche. — Paratur uti Aqua Valerianae (p. 93.).

AQUA LIBERANS. Befreiungs-Wasser. Eau liberante.

Rec. Lign. Guajaci rasp. Libr. semis, Rad. Liquir. et Cort. Sassafr. conc.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Sem. Coriandr. cont. Drachm. sex, Ag. Calcis vivae Mens. sex. Digere loco frigido et cola.

AQUA LIGNI RHODII Rosen- oder Rhodi-felholz-Wasser. Eau de Bois de Rhodes.

Rec. Ligni Rhodii raspati Partes duas, Aquae communis Partes sedecim. Post 12 horarum infusionem destillent Part. octo.

AQUA LIGNI SANTALI CITRINI. Gelb Sandholz-Wasser. Eau de Santal citrin. — Eodem modo obtinetur.

AQUA LIGNI SASSAFRAS. Sassafrasholz-Wasser. Eau de Sassafras. — Pari modo ac praecedens paratur.

AQUA LIGNI SASSAFRAS COMPOSITA seu cum Cinnamomo. Zusammengesetztes Sassafras-Wasser. Eau de Sassafras composée.

Rec. Ligni Sassafras conc. Libr. semis, Ci-

namomi acuti Unc. tres, Vini generosi Libr. decem. Stent in digestione per aliquot dies, postea destillentur ad Dimidias.

AQUA LIGUSTRI. Liguster-Wasser. *Eau de Troène.* — Paratur ex Floribus recentibus uti Aqua Florum Tiliac.

AQUA LILJORUM ALBORUM. Weiss Lilien-Wasser. *Eau de L's blanches.* — Pari modo ex Floribus recentibus Liliorum alborum obtinetur.

AQUA LILJORUM CONVALLIUM seu Convallariae majalis. Maiblumen-Wasser. *Eau de Muguet.* — Eodem modo ex Floribus recentibus paratur.

AQUA LILJORUM CONVALLIUM CUM VINO. Maiblumen-Wasser mit Wein. *Eau de Muguet avec du Vin.*

Rec. Flor. Lilior. convallium recent., absque stipitibus, Libr. unam, Vini albi Libr. octo. Post digestiōnēm per triduum destillentur leni igne, ex vesica, ad Dimidias. (Conf. et Spiritus Liliorum convallium.)

AQUA LIMACUM Ph. Parisiensis. Schnecken-Wasser. *Eau de Limacons.*

Rec. Limacum in vinetis collectorum, a soribus mundatorum, Libr. tres. Leviter constunde cum testis, mitte in cucurbitam vitream, et affunde Seri Lactis rec. Libr. quatuor. Destilla ex balneo Maris ad Medias.

AQUA LIMACUM LONDINENSIS ex Scuroe DEBO.

Rec. Succi Hederae terrestr., Farsar., Scabiosae, Pulmonar.  $\text{as}$  Libr. unam semis, Succ. Portulaceae, Centuniodii, Veronicæ  $\text{as}$  Libr. unam, Sanguin. porculi, Vini albi  $\text{as}$  Libr. octo, Limacum cone. Libr. duas, Fol. Nicot. N° octo, Rad. Liquir. Unc. tres, Enul. Unc. semis, Ircos flor. Unc. unam, Sem. Bomhac. Unc. unam semis, Sem. 4 frigid. maj.  $\text{as}$  Drachm. sex, Anisi Drachm. sex, Croci Drachm. unam, Flor. Rosar. rubr. Pug. sex, Violarum et Borrag.  $\text{as}$  Pug. quatuor. Misce, digere per tres dies, tunc destilla ex bals. Mariae ad siccitudinem. — AQUA LUMBRICORUM LONDINENSIS ex JUNGKEN, similis compositio inepta. — Pariter atque Aqua Limacum dudum exolevit.

AQUA LIMONUM E CORTICIBUS ET FRUCTIBUS v. Aqua Citri (p. 60).

AQUA AD LIPOTHYMIAS JUNGKEN. Jungfens Wasser gegen Ohnmacht. *Eau lipothymique de JUNGKEN.*

Rec. Flor. Rosar. rec. cont. Libr. unam, Lavend. Man. duos, Herb. rec. Melissae Man. unum, Caryophyll. N° xxx, Cinnamom. Unc. unam, Rad. Ircos flor. Unc. semis, Benzoës, Styrac.  $\text{as}$  Drachm. tres, Cort. Citri N° tres. Aurant. N° duos Superaffunde Vini opt. ad quatuor digitorum emanent., tunc destilla ex bals. Mariae.

AQUA LITHARGYRI ACETATIS SIMPLEX et COMPOSITA v. Acetum Saturni et Aq. vegeto-mineralis GOURLANDI.

AQUA LITHONTRIPTICA v. Aqua aërata alcalina (p. 40.).

AQUA LOOCH SANI et EXPERTI. Brust-Wasser. *Eau de Looch contre l'Asthme.*

Rec. Rad. Ircos florent., Liquiritiae, Herb.

Hyssopi, Capill. Ven., Calaminth. mont.  $\text{as}$  Unc. duas, Sem. Anisi, Foeniculi  $\text{as}$  Unc. unam, Cinnamoni elect. Unc. duas, Inc. et cont. macerent in Aq. fontan. Libr. decem et post digestiōnēm per triduum destillentur in vesica, dum Libras quatuor restent.

AQUA LUCIAE, Spiritus Salis Ammoniaci succinatus seu lactescens, Liquor ex Ammonia Oleo Succini volatili mixtus, Spiritus Ammoniae succinatus, Ammoniacum succinatum, Liquor excitans. Lucien-Wasser, mit Bernsteinöl verfeßter Salmiakgeist.

*Eau de Luce.*

Rec. Salis Tartari Drachm. tres, Olei Succini rectificati Drachm. unam semis. Terantur in mortario vitro, guttatum successiōne instillando Spiritus Vini rectificati Unc. quatuor. Infundantur in lagenam vitream leviter obturata. Digerantur per quadram horae super cineribus calidis. Postea liquor supernatans decanthetur et servetur. — Tunc: Rec. Spiritus Salis Ammoniaci caustici Unc. unam semis. Instillent Liquoris antea parati Guttae sexaginta. — Liquor lacteus forte ammoniacalis, simul odore Olei Succini. — Vis: excitans, irritans. — Usus: Externe in paralysi et rheumatismo applicatur, et interne quoque, ut remedium penetrans, nervinum, in hydrophobia laudatur.

Praeparatio supra memorata negligi et Oleum Succini in Spiritus Vini rectificati solutum, nullo medio intervidente, cum Spiritu Salis Ammoniaci caustico commisceri potest. — Variis haec compositio immutationibus succubuit. — Ph. Gallica Olei Succini rectificati Part. duodecim et Bals. de Mecca Part. octo in Spiritus Vini rectificati Part. quinquaginta solvi et Tincturae hoc modo obtentae Partem unam cum Spirit. Salis Ammoniaci caustici Part. sedecim misceri praescribit. — Disp. Fuldense praescribit Saponis Veneti albi Grana sex in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. duabus solvi, solutioni admisceri Ol. Succini rectificati Drachm. unam, filtratis denique commisceri, saepius agitando, Spirit. Salis Ammoniaci caustici quantum satis ad lactescientiam liquoris. — Disp. Lippiae cum praescribit Saponis medicati Grana sex et Ol. Succini rectificati Gutt. quindecim in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. una solvi et filtrato admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor. — Ph. Heripolitanus praescribit Saponis amygdalini Gran. decem in Spirit. Vini rectificatiss. Unc. quatuor solvi, solutioni admisceri Ol. Succini rect. Drachm. unam et hujus solutionis filtratae Partem unam cum Spirit. Salis Ammoniaci caustici Part. quinque commisceri. — Ph. Londinensis praescribit Mastichis Drachm. tres in Spirit. Vini rectificati Fluidrachmis novem solvi et solutioni defaccatae admisceri Ol. Succini Minima quatuor, Ol. Lavendulae Minima quatuordecim, et Spirit.

## 76 AQUA LUMBRICORUM COMPOS. — AQ. MARINA FACTITIA

Salis Ammoniaci caustici Fluiduncias decem. — Ph. Lusitanica jubet Sapon. Hispanici Gran. decem et Ol. Succini Scrup. unum in Spirit. Vini rectificati Unc. una solvi, et solutioni admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor. — Pharm. Ferrarensis et BRUGNATELLI formula eo summmodo ab hac discrepat, quod Granorum decem loco duas tantum Saponis sumi proponit. — Ph. Rossica proponit Ol. Succini rectificati Guttas sexaginta in Spirit. Salis Ammoniaci vinosi Unc. duodecim solvi. — Ph. Saxonica suadet Olei Succini rectificati et Saponis Alicantini sa Part. unam in Spirit. Vini rectificatissimi Part. viginti quatuor solvi et solutioni admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Quadruplum. — Ph. Suecica praescribit Ol. Succini rectificati Scrupulum unum in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. una solvi et solutioni admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor. — SPIELMANNUS proponit Ol. Succini Grana octo, in Spir. Vini rectificatissimi Unc. semis solvi et Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor admisceri. — BRUGNATELLI etiam proponit Ol. Succini rect. Unc. tres in Alcoholis Vini, Kali caustici Unc. duas continentis, q. s. solvi, tunc admisceri Alcoholis Vini Unc. tres; post digestionem in baln. Mariae liquori filtrato admisceri Spirit. Salis Ammon. caustici Libr. unam. — Vel: Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. sex cum Ol. Succini rectificat. Gran. triginta et uno commisceri; tunc miscellae bene agitando addi Mastichis pulveris Grana aliquot. — GRAY suadet Spirit. Salis Ammoniaci caustici Libr. unam, cum Ol. Succini rect., Lavendulae, Anthos <sup>aa</sup> Drachm. duabus commisceri. — Vel: Alcoholis Vini Libr. duas cum Olei Succini Unc. una digeri, decanthari, et addi Salis Alcali volatilis Unc. quatuor, in Aquae Libr. una solutas, postea, si aptum videatur, Ol. Lavendulae vel Anthos vel amborum Drachm. unam. — Alia GRAY formula praescribit Terebinthinae Chiae Unc. duas in Alcoholis Vini Libr. duabus solvi, solutioni addi Spirit. Salis Ammoniaci caustici aliquot Guttas. — Vel: Masticis Drachm. duas, Moschi Grana duodecim, cum Alcoholis Vini Unc. duabus digeri, solutioni admisceri Spiritus Salis Ammoniaci caustici parvam quantitatem.

AQUA LUMBRICORUM COMPOSITA v.  
Aqua Limacum (p. 75.).

AQUA LUPULI Ph Hannoveranae. Hopfen-  
wasser. Eau de Hublon.

Rec. Strobolorum Lupuli Libr. octo, Aquae communis quantum satis. Abstrahantur inde Libr. viginti quatuor. — Liquor aqueus, odore forti Lupuli. — Vis: stomachica, subnarco-tica. — VAN MONS suadet Strobol. Lupuli Part. quatuor cum Spirit. Vini Part. una et Aquae Part. triginta commisceri, et inde destillando elici Part. sex.

AQUA DE MADAME DE LA VRILLIERE. Collu-  
torium gingivale. Zahnwasser von Mad.  
la Brüssiere. Eau de Mad. DE LA VRILLIERE.

Rec. Herbae recentis Nasturtii aquatica Unc. sex et Cochleariae Unc. octo, Flav. Cort. Citri

Unc. unam semis, Cinnamomi Unc. duas, Caryophyllorum Drachm. sex, Flor. Rosar. rubr. Unc. unam. Inc. et cont. infundantur per 24 horas cum Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor. Destillent sec. artem.

AQUA MAGNANIMITATIS. Großmuths-Waf-  
ser. Eau de Magnanimité.

Rec. Formicarum mense Mayo vel Junio collectarum Libr. duas, Spiritus Vini rectificati Libr. tres. Macerentur per quinque vel sex dies et postea in balneo Mariae abstrahatur Spiritus ad siccitatem, in quem denuo infundantur, Cinnamomi elect. Unc. una, Caryophyllorum arom., Cardamomi. minor. <sup>aa</sup> Drachm. sex, Cu-bebarum Unc. semis, Rad. Zedoariae Drachm. decem. Post digestionem per biduum abstrahantur in balneo Mariae.

AQUA seu SPIRitus MAGNANIMITATIS KUN-  
RATH. sec. SPIELNANN.

Rec. Spirit. Formicarum Unc. sexaginta, Spi-  
rit. Melissae Unc. quadraginta octo, Flaved. Cort. Citri Unc. semis, Cinnamomi Drachm. tres, Caryophyllorum Unc. unam, Cardamomi, Cu-bebarum <sup>aa</sup> Drachm. tres, Rad. Zedoariae Unc. unam, Mastichis, Styracis calamite, Benzoës <sup>aa</sup> Unc. unam semis. Stent in digestione per octiduum, postea lege artis destillentur.

AQUA MAGNANIMITATIS SIMPLEX v. Spi-  
ritus Formicarum.

AQUA MAGNESIAE AÉRATAE. Rohlsaueres  
Magnesi-Wasser. Eau de Magnesie.

Rec. Magnesiae albae Part. unam, Aquae aératae Part. quadraginta. Misce in vase bene clauso loco frigido, saepius conquassans, donec Aqua saturata sit; sepone, decantha, et serva liquorem in lagenis optime obturatis. — Ph. Americana praescribit Magnesiae albae Drachm. tres cum Aquae frigidae Octariis octo commisceri et anthiae pressoriae ope miscel-lae decuplum circiter Volumen Aéris fixi inculcari. — Formulaire des hôpitaux de France sec. RICHARD Magnesiae albae Drachm. duas cum Aquae frigidae Libr. tribus semis et Spirit. Vitrioli Drachm. decem in la-gena rite claudenda misceri praescribit.

AQUA MAJORANAE. Majoran-Wasser.  
Eau de Marjolaine. — Paratur uti Aqua Men-thae piperitae (p. 75.).

AQUA MALVAE Malven-Wasser. Eau de Mauve. — Paratur uti Aqua Lactucae (p. 72.).

AQUA MARIAE LONDINENSIMUM. Marien-  
wasser. Eau de Marie.

Rec. Sacchari Candi albi Libr. unam, Vini Canariensis Unc. sex, Aq. Rosar. Unc. quatuor. Fiat Syrupus, cui adde Aq. imperialis Libr. duas, Ambrae griseae et Moschi <sup>aa</sup> Grana duode-viginti, Croci Gran. quindecim, Lign. Santali Frustulum. Post sufficientem macerationem col-a per linteum.

AQUA MARINA FACTITIA sec. BOUILLON LA  
GRANGE ET VOGEL. Künstliches Meer- oder  
Seewasser. Eau Marine factice.

Rec. Salis marini Gran. viginti quatuor, Sa-lis amari Gran. quatuor, Gypsi, Cretae, et Mag-

nesiae albae  $\frac{1}{2}$  Gran. quindecim, Aquae purae Libras tres. Misce et immitte  $\frac{1}{2}$  rem fixum saepius agitans, donec omnia soluta sint. Serva in vase obturato. — Ph. Batava praescribit Salis communis Unc. decem, Magnesiac muriaticae Drachm. decem, Calcariæ muriaticæ Unc. duas, Salis GLAUBERI et Salis amari  $\frac{1}{2}$  Drachm. sex in Aquæ communis Libr. quinquaginta solvi. — Ph. Genevensis suadet Salis culinaris Unc. semis, Salis amari, Syrupi domestici  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, in Aquæ fontanæ Libr. duabus solvi.

**AQUA MARRUBII.** Andorn-Wasser. *Eau de Marrube blanc.* — Paratur ex Herba Marrubii albi uti Aqua Lactucae (p. 72).

**AQUA MARTIALIS** Nosocomii militaris Gallic. — *Solutio est Tartari chalybeati in duodecim Aquæ Partibus.* (Conf. etiam Aqua chalybeata [p. 56] ferruginosa [p. 66] et Aqua Globuli [p. 68].)

**AQUA MARTIALIS PRO BALNEIS** Ph. Parisiensis. Eisen-Wasser zu Bädern. *Eau martiale pour les Bains.*

Rec. Aquæ fontanae Libr. centum, Ferri muriatici oxydati Unc. tres. Misce.

**AQUA MASTICHINA** Ph. Wirtemb. cet. Mastix-Wasser. *Eau de Mastic.*

Rec. Masticæ Unc. quatuor, Nuc. Moschatar. Unc. unam. Contus et per triduum in Spiriti Vini rectificati Libra una maceratis adendantur Aquæ fontanae Libr. quatuor; destillentur ex vesica leni igne, donec residuum sit Libarum durarum. Liquor lacteus prodien servetur. — Ph. Palatina praescribit Masticæ Unc. quatuor, Macid. elect. Unc. duas, Caryophyllor. Unc. unam et Cinnamomi Unc. semis, cum Vini generosi Libr. quatuor per 3 dies digeri, deinde leni calore destillari.

**AQUA MATRICARIAE.** Metram- oder Mutterfrant-Wasser. *Eau de Matricaire.* — Paratur uti Aqua Chamomillæ (p. 56).

**AQUA MEDICINALIS** Hussoni v. Aq. Hussoni (p. 70.).

**AQUA MELIOTI.** Steinflee-Wasser. *Eau de Melilote.* — Ex Summitatibus siccis fragrantibus uti Aqua Chamomillæ (p. 56.) obtinetur.

**AQUA MELISSÆ.** Melissen-Wasser. *Eau de Melisse.* — Paratur uti Aqua Chamomillæ (p. 56.). Ex quaue autem Herbae odoratae Libra septem solummodo Aquæ Librae elicienda, quae in vasis bene obturatis loco frigido obscuro asservandæ. — Liquor aqueus, odore fragrante Melissæ. *Vis: Herbae.*

Aqua turbida, flavescens, parum odo-  
ra rejiciatur.

*Usus: Per se internus; mixturis prae-  
cipue admiscetur.*

Sequente quoque methodo ex tem-  
pore parari potest.

Rec. Herbae Melissæ recentis quantum vis. Superaffunde sufficientem Aquæ quantitatem, admixta vigesima Parte Spiritus Vini Gallici; fiat destillatio, donec liquor turbidus prodeat. Spiritus obtentus superfundatur nova Herbae Melissæ quantitate cum Aqua, et abstrahatur uti antea; quæ operatio repetenda, donec Spiritus Oleo Melissæ subtilissimo penitus imprægnatus sit, quem nomine **SPIRITUS MELISSÆ CONCENTRATI** serves. — Ad parandam **AQUAM MELISSÆ** misceatur Spiritus hoc modo obtenti Pars una cum Aquæ destillatae Partibus quadraginta. — Aqua haec, desiderante medico, semper recens paranda; tempore enim aescit. — Simili modo aliae quoque Aquæ simplices odo-  
ratae, quæ tempore facile corrumpuntur, parari possunt.

**AQUA MELISSÆ ANTIHYSTERICÆ** seu cum Castoreo Ph. Wirtemb. cet. Melissen-Wasser gegen Mutterweh. *Eau de Melisse hystérique.*

Rec. Herb. Melissæ recent. Libr. unam, Bacc. Lauri, Semin. Cumini  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Myrræ electæ Unc. semis, Castorei Drachm. duas, Vini albi spirituosi Libr. duodecim. Post sufficientem digestionem destillentur ad Diu-  
dias.

**AQUA MELISSÆ COMPOSITA** v. Aqua Carmelitarum (p. 52.).

**AQUA MELISSÆ SPIRITUOSA.** Geistiges Melissen-Wasser. *Eau de Melisse spiritueuse.*

Rec. Aquæ Melissæ simplicis Part. duas, Es-  
tentiae Melissæ Part. unam. Misce.

**AQUA MELISSÆ TURCICÆ.** Türkische Melissen-Wasser. *Eau de Melisse de Molda-  
vie.* — Uti Aqua Melissæ off. paratur.

**AQUA MELLIS ANDERNACI** Pharm. Paris. Honig-Wasser von Andernach. *Eau de Miel d'Andernach.*

Rec. Mellis optimi quantum vis. Ex cucurbita destilletur Phlegma. SIELMANNUS et alii Dimidium Arenæ admiseri proponunt, et li-  
quorem obtentum, separato oleo supernatante,  
rectificari (v. quoque Spiritus). — Laudabatur  
inepte ad promovendum incrementum capil-  
lorum.

**AQUA MELLIS ODORA REGIA** Ph. Parisiensis. Wohlriechendes Honig-Wasser. *Eau de Mel odorigere.*

Rec. Mellis albissimi, Seminis Coriandri  $\frac{1}{2}$  Unc. octo, Caryophyll. Drachm. sex, Flaved. Cort. Citri rec. Unc. unam, Nuc. Moschatar., Styrac. Calani., Benzoës  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Vanigl. Drachm. tres. Inc. et cont. infundantur per nycthemerum cum Spirit. Vini Gallici Unc. septuaginta duabus. Fiat sec arte destilla-  
tio; inter destillandum Ambrae et Moschi  $\frac{1}{2}$  Grana duo cum semis, nodulo inclusa, extre-

## 78 AQ. MELLIS ODORIF. GRAYI — AQ. MERCUR. BALSAM. PLENCKII

mo capitelli rostro ita appendantur, ut stillans Aqua odore aromatum impregnetur. Destillato admisce Aq. Rosar. et Naphae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duodecim. — SPIELMANNUS sec. BAUME Mel, Caryophyll. et Aquana Rosarum uti et Aq. Naphae omittit, et Spiritui destillato addi proponit, si placet, usus tempore Tinctur. Moschi et Ambræ  $\frac{aa}{aa}$  parum.

### AQUA MELLIS ODORIFERA GRAYI.

Rec. Ol. Bergamottae Unc. semis, Ol. Citri Drachm. duas, Caryophyll. Gutt. duodecim, Moschi Gran. duodecim, Spirit. Vini rectificati Congium unum, Aquae Naphae et Rosarum  $\frac{aa}{aa}$  Octarios duos, Croci circiter Grana duodeviginti vel plus, ad colorandum Mel valide flavum. — Alii ambo Olea prima aliquantum vel substantiam odoriferam vel Saccharum, ut Ratafiae formam accipiat, adhibent.

### AQUA MELLIS SIMPLEX v. Hydromel.

#### AQUA MELLUMINATA BATEI.

Rec. Fol. Quercus, Rubi id., Fragariae, Pentaphylli, Consolid. med., Millefol., Perfol., Salviae, Anthos, Flor. Rosar. rubr.  $\frac{aa}{aa}$  Manduos, Lign. Guajac. Unc. tres, Rhodii Drachm. duas, Rad. Bistortae Unc. unam, Sulphuris vivi Unc. unam semis, Vitrioli Unc. unam, Alumin. Unc. quatuor, Mellis crudi Libr. semis. Misce et coque cum Aq. fluvialil. Libr. octo ad Dimidiis; colas et serva.

### AQUA MENTHAE COMPOSITA Parisiensem. Zusammengefügtes Münzenwasser. Eau de Menthé composée.

Rec. Herb. recent. Menthae Unc. viginti quatuor, Absinthii Unc. tres, Basilici et Pulegii  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Anthos, Flor. Lavendulae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Cinnamomi Unc. semis, Caryophyllor., Sem. Coriandri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam. Inc. et cont. infundatur per aliquot dies in Spirit. Vini rectificati Unc. sedecim et Aquae Menthae Unc. sexaginta. Destillantur sere ad siccitatem.

### AQUA MENTHAE CRISPÆ. Krausemünzen-Wasser. Eau de Menthé frisée. — Paratur uti Aqua Melissae (p. 77.). — Liquor sublimpidus, odore et sapore forti Menthae. — Vis: Herbae.

Aqua parum odora vel turbida, corrupta rejiciatur.

Usus: Internus per se, et mixturi admiscetur.

### AQUA MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzen-Wasser. Eau de Menthé poivrée. — Pari modo paratur. — Li-

quor vix lactescens, odore et sapore penetrante grato Herbae. — Vis: eadem.

Aqua parum odora vel odore et sapore ingrato alieno rejiciatur.

Usus: Aquae Menthae cet.

Pharm. Londinensis praescribit etiam Olei aetherei Menthae piperitae Drachm. tres cum sufficiente Aquae quantitate commisceari, et inde destillando elici Congium unum.

### AQUA MENTHAE PIPERITAE VINOSA seu spirituosa sive alcoholica Ph. Borussic. Weiniges Pfeffermünzen-Wasser. Eau de Menthe poivrée vineuse.

Rec. Herbae Menthae piperitae Libr. unam, Spiritus Vini rectificati Librum unam semis, Aquae fontanae quantum satis. Destillando eliciantur Librae sex Aquae turbidae, quam bene serva. — Ph. Hassiae et El. parari jubet uti Aquam Cinnamomi vinosa (p. 59.). — Ph. Bavariae ad unam Hb. Menthae piper. Partem Spirit. Vini rectificati Part. duas semis et sedecim Aquae praescribit, de quibus destillando abstrahendas Part. octo.

### AQUA MENTHAE SATIVAE. Garten- oder Frauenmünzen-Wasser. Eau de Menthé cultivée. — Paratur uti Aqua Menthae piperitae.

AQUA MENTHAE VIRIDIS-seu vulgaris. Grüne Münzen-Wasser. Eau de Menthé verte. — Pari modo obtinetur.

### AQUA MEPHITICA ALCALINA v. Aqua aërea alcalina (p. 40.).

TAQUA MERCURIALIS seu mercuriata ad usum externum Ph. Wirtemb. et Helvet. Merkurial-Wasser zum äußerlichen Gebrauch. Eau merveilleuse à l'usage extérieure.

Rec. Cerussæ Venetae Unc. unam, Aluminis crudi Drachm. sex, Lithargyrii Unc. semis, Mercurii sublimati corrosivi, Salis Ammoniaci  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Aquæ Solani nigri, Plantaginis, Rosar. et Nymphaeæ  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Aceti Vini Libr. senuis. Trita et commixta, modice bulliant, postea non colata serventur. — SPIELMANNI formula eo solummodo discrepat, quod Aquæ Solani et Plantaginis loco Aquam fontanam suni præponit. — Aquæ cuti deformatae prodesse dicitur, ad verrucas, scabiem, ulcera maligna cet. — Merito autem hodie vix adhibetur. (Conf. et Aqua grisea [p. 68.], Aq. STETINENSIS, Aq. ophthalm., Liquor BELLOTTI, Merc. liquidus seu nitrosus, Aq. mercurialis simpl. seu ad vermes, Aq. phagedænica.)

† AQUA MERCURIALIS BATEANA. Rec. Rad. Lilior. albor. Drachm. duas. Coque in Hydropeis q. s. ad Libr. unius colatram, adde Amygd. amar. excoct. Drachm. duas; fiat emulsio. In ista solve triturando Mercur. subl. corros. Drachm. duas.

TAQUA MERCURIALIS BALSAMICA PLENCKII.

Rec. Mercurii dulcis Scrup. duos, Tinct. Myrrae Unc. semis, Laudani liquid. SYDENHAMI, Decocci Chinæ concentr.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Misce.

AQUA MERCURIALIS FLAVA et Aqua mercurialis nigra v. Aq. phagedaenica et Aq. nigra.

AQUA MERCURIALIS SIMPLEX seu ad Vermes, Aqua Mercurii vivi cocta seu Decoctum Hydrargyri, Aqua Hermetica. Einfäches Quecksilber-Wasser. Eau mercurielle simple.

Rec. Mercurii vivi purissimi Unc. unam. Coque leniter in vase figurino seu vitro cum Aquae fontanae Libra una per horas duas, agitans subinde Mercurium baculo ligneo, tunc decantana Aquam. — Pharm. Helvetica ad Unciam unam Mercurii sex columnudo Aquae Unc. praescribit. — Dis P. Fulde, FERRARINI, TADDEI, VAN MONS ad unam Mercurii duas tantum Aquae partes praescribunt. — Pro vermisfugo habetur (v. et Decoctum mercuriale).

AQUA MERCURII CORROSI V. Liquor.

AQUA MERCURII VITRIOLATI v. Aqua aluminosa FALLOPII (p. 44).

AQUA MESPILORUM. Mispel-Wasser. Eau de Nefles. — Uti Aqua Rubi idaei obtinebatur. Dudum autem merito exolevit.

AQUA MEU. Bärwurz-Wasser. Eau de Meum. — Uti Aqua Valerianae (p. 93.) paratur.

AQUA MILLEFLORUM seu odorata Ph. Parisiens. Wohlschmeidendes Taufenblumen-Wasser. Eau de Millefleurs.

Rec. Aquae Naphae Unc. octo, Aq. Rosar. pallid. et moschatar.  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Aquae Flor. Meliloti Unc. sex, Tunicae, Thymi, Santal. citrin.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Aq. Mellis regiae Unc. octo, Spirit. Rosar. et Cort. Citri  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Escent. Regiae, Tinct. Ambrae et Moschi  $\frac{1}{2}$  Gutt. tres. Misce.

AQUA MILLEFLORUM GRAYI.

Rec. Aquae Angelicae Octarios duos, Moschi Gran. duodecim vel viginti, vel Moschi Folliculi Unc. unam. Misce, digere; addi potest Essentiae Ambrae griseae quantum libet (conf. Aqua Florum omnium p. 66.).

AQUA MILLEFOLII. Schafgarben-Wasser. Eau de Millefeuille. — Paratur ex Floribus uti Aqua Chamomillae (p. 56.) — Melius fit ex Floribus recentibus contusis.

AQUA MILLEPEDUM Ph. Helveticæ. Kellereif-Wasser. Eau de Cloportes.

Rec. Millepedum vivorum lotorum Unc. duas, Sacchari Candi albi Unc. unam. Misce, tere probe in mortario vitro, sensim asfundens Aquae Nasturtii aquatice Libr. unam. Colatura expressa detur ad vitrum. — SPIELMANNUS praescribit sec. FULLERUM, Millepedum vivorum et Sacchari albi  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor bene subigi, tunc admisceri Vini albi Unc. quatuor

et colari. — Non nisi ex tempore recens paranda.

AQUA MINERALIS MARC — Solutio est Vitrioli Martis Drachm. unius in Aquae Libr. duabus.

AQUA MINERALIS ACIDULA Ph. castrensis Ruthenae.

Rec. Aquae purae Libr. quinquaginta, Cretæ albae Drachm. duas, Magnesiae albae Unc. unam, Salis Sodaæ Drachm. sex, Salis communis Unc. unam semi. Omnibus mixtis, trahice per solutionem Aëris fixi Pollices cubicos non gentos ad mille.

AQUA MINERALIS CATHARTICA seu Potio cathartica SWEDIAURI. — Solutio est Salis amari in duodecim Aquae Partibus (conf. et Aqua amara p. 41.).

AQUA MINERALIS FERRATA v. Aqua chalybeata salina (p. 56.).

AQUA MINERALIS SULPHURATA Ph. castrensis Ruthenae.

Rec. Aquae purae Libr. quadraginta, Cretæ albae Drachm. quinque, Salis Sodaæ Drachm. decem, Salis communis Drachm. septem. Mixtis trahice Aëris fixi et hepatici  $\frac{1}{2}$  Pollices cubicos nongentos ad mille.

AQUA MIRABILIS ALTHOFFII. Althoff's Wunder-Wasser. Eau admirable d'Althoff.

Rec. Vitrioli coerulei Unc. tres, Ciner. clavellati Drachm. sex, Sal. Ammoniaci Unc. unam, Sal. Acetosellæ Drachm. duas, Aceti Vini Libr. duas, Spirit. Vini Gallic. Libr. unam. Misce, digere in vase clauso per aliquot dies, tunc destilla ex cucurbita vitro leni igne ad siccitatem usque. — Nuperrime ut vulnerarium in ulceribus torpidis et magnopere laudatur.

AQUA MIRABILIS GRAYI. Gray's Wunder-Wasser. Eau admirable de GRAY.

Rec. Caryophyllorum, Rad. Galangae, Cubebarum, Macidis, Cardamomi minoris, Nuc. Moschatar., Rad. Zingiberis  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Succi Chelidonii majoris Libr. unam semi, Spirit. Vini Libr. duas semi. Destillent Librae duas semi. — Vel: Cassiae lignae, Cort. Citri  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Sem. Angelicae Unc. duas, Herbae Menthae piperita Unc. sex, Rad. Galangae Unc. duas, Cardamomi minor. Unc. unam, Sem. Amomi Unc. quatuor, Spirit. Vini Congios duos, Aquae quantum satis. Absstrahant Congii quatuor.

AQUA MIRACULOSA Schützii Ph. Batavae. — Solutio est Lapidis miraculosi in viginti quatuor Aquae Partibus.

AQUA MULSA v. Hydromel.

AQUA MURIATICO-MERCURIALIS RUBRA v. Aqua phagedaenica (p. 84.).

AQUA MURIATIS CALCIS v. Liquor Calcariae muriaticae.

AQUA MYRRHAE Ph. Wirtemb et Helvet. Myrrhen-Wasser. Eau de Myrrhe.

Rec. Myrrae rubrae pulveratae Unc. octo. Infunde Aquae fontanae Libr. sex; post digestionem per triduum loco calido factam destillent Libr. quatuor.

**AQUA MYRTI sec. RENNIE.** Myrten-Wasser.  
*Eau de Myrte.*

Rec. Florum recentium Myrti cum Ramulis Libr. unam. Macera in Aquae purae Congio uno per diem, adde Fermenti boni Unc. unam vel majorem quantitatem; stent per biduum, tunc infunde in retorta cum Salis marini Unc. duabus. Ommem Aquam abstrahē; adde Folia recentia cum Ramulis et age uti ante, hoc modo ter vel quater repetens.

**AQUA NAPHAE.** Pomegranatenblüthe-Wasser. *Eau de Fleurs d'Orange.*

*Synon.:* Aqua Florum Aurantiorum seu Naphae, Aqua Aurantiorum Florum, Aqua Citri Aurantii Florum.

Rec. Florum Naphae recentium  
Libr. quatuor,  
aut Sale conditorum Libr. sex,  
Cinerum clavellatorum Unc.  
duas,

Aquae fontanae Libras sedecim. Destillent ex balneo Calcariae muriatice Librae octo. Cuncta bene conquassata reponantur et oleum forsitan depositum auferatur. Tunc loco frigido obscuro asservetur. — Adhiberi quoque potest AQUA NAPHAE VENALIS, quae ex Italia vel Gallia meridionali nomine *Eau d'Orange triple* affertur, investigandum autem est, si forte metallis nocivis vel aliis materiis colorantibus sit inquinata; quod si ita est, destillatione ex balneo Calcariae muriatice purganda. — Liquor sublimpidus, odore forti grate aromatico Florum Naphae. — *Vis:* analeptica.

Sit Aqua bona notae, ut modo descripta; aqua turbida vel colorata, parum odora, seu odore alieno, vel acida, aut, si aquae hepaticae ope coloretur, removeatur.

*Usus:* Internus et externus. Mixturis et aliis compositionibus, saepius quoque odoris causa, admiscetur.

Plures Pharmacopoeae, quoad proportionem Florum et Aquam inde destillandam a nostro praecepto discrepant. Saepius etiam recentiores Pharmacopoeae Florum minorem quantitatem postulant, quo tamen Aqua valde debilis, per tempus mox corruptibilis, obtinetur; idque eo magis, quod Flores in nostris

regionibus in calidiis culti, minus odorati, adhibentur. — Sic Ph. Borussica, Hanoverana, Slesvico-Holsatica, Bavaria, Polonica et SWEDIAUR ex duabus Florum recentium (vel tribus salitorum) Partibus decem Aquae destillari praescribunt. — Ph. Hassiae El. ex tribus Florum viginti Aquae, — Ph. Oldenburgica ex una Florum sex Aquae parari proponunt. — Ph. autem Danica, Saxonica et VAN MOSS ex una Florum tres Aquae, — Ph. Amstelodamensis ex una Florum duodecim Aquae, — Ph. d'Anvers et Heribopolitana quatuor, — Ph. Batava, Belgica, Ferrariensis, BRUGNAFFELI et PIDERIT ex tribus Florum octo Aquae destillari jubent. — Ph. Austriacae, Gallicae, Palatinæ, Parmensis, Sardoæ et TADDEI formula in capite rei cum nostra congruunt. — Ph. Hispanica ex sex Florum octo, — Ph. Lusitanica novem — et Ph. Fuldensis et Suecica duodecim Aquae partes parari jubent. — Ph. Wirtembergica et plures alias pristinae ex duabus Florum Partibus tres tantummodo Aquae partes destillando elici proponunt.

AQUA NAPHAE ARTIFICIALIS sive ex tempore sec. COTTEREAU. — Obtinetur miscendo Oleum Neroli genuinum cum quatuor Magnesiae albae Partibus et pauxillo Aquae, ut fiat puls, cui successive quingenties plus aquae quam oleum adhibbitur admiscetur. Seponatur liquor lacteus per 24 horas, saepius agitando, tunc filtretur. — Magnesia restans, magna adhuc quantitate Olei Naphae impregnata, ter adhuc simili modo cum Aqua tractari potest; exhibet Aquam non minus aromaticam.

AQUA NASTURTHII AQUATICI. Brunnenfressen-Wasser. *Eau de Cresson de fontaine.* — Paratur uti Aqua Cochleariae (p. 60.).

AQUA NASTURTHII HORTENSIS. Gartenfressen-Wasser. *Eau de Cresson Alenois.* — Pari modo paratur.

AQUA NEAPOLITANA seu acidula hydrosulphurosa Neapolitanisches oder säuerliches Schwefelwasser. *Eau de Naple ou hydrosulphurique acidulee.*

Rec. Aquae aeratae Unc. quindecim, Aq. hepaticae Unc. quinque et Drachm. unam, Salis Soda Gran. duodeviginti, Magnesiae albae Gran. decem. Salibus in lagenam immissis affunde primo Aquam hydrosulphuratam tum acidulum.

AQUA NEPHRITICA Ph. Helveticae. Stein- oder griestreibendes Wasser. *Eau nephritique.*

Rec. Fragorum recent. maturor. Mensuras quatuor, Baccarum Alkekengi Libr. unam semis, Rad. recent. Raphani rusticani, Sem. Dauci vulg. Libr. semis, Succi Betulae mense Martio collecti Libr. viginti quatuor. Misce, post macerationem horar. 12 l. a. ex Maris balneo destillantur circiter ad Libr. quindecim.

AQUA NEPHRITICA GRAYI. — Paratur destillando ex Flor. Spinae albae recentium Libris quatuor, Nuc. Moschatar. Unc. tribus et Viniali Conguis duobus, Octarios duodecim.

## AQ. NEPHRITICA — AQ. OPHTHALMICA ALUMINOSA 81

AQUA NEPHRITICA seu antinephritica  
Dispens. Fuldensis, Ph. Hamburg. p. p.

Rec. Salis Alcali mineralis depurati Drachm.  
duas, Aquae Calcis Ostrearum Libr. duas. Misce.

†AQUA NICOTII. Nicotin-Wasser. Eau  
de Nicotine.

Rec. Herbae Nicotianae solliciter siccatae  
Libr. duas, Alcali vegetabilis caustici Unc.  
duas, Aquae fontanae Libras viginti. De-  
stillent, leniter ebulliendo, Librae duode-  
cim. — Liquor limpidus, odore et sapore  
penetrante Nicotii. — Solutio est praecipue  
Nicotti in Aqua. — Vis: summe narcotica.  
— Medicorum attentione in casibus, ubi Ni-  
cotiana indicata est, omnino digna!

DE AQUA NICOTIANAE seu Tabaci conf.  
Fomentatio excitans et Lotio Nicotianae.

AQUA NICRA seu mercurialis nigra,  
Aqua Hydrargyri muriatice mitis  
nigra, Lotio nigra seu Hydrargyri ni-  
gra Schwarzes Wasser. Eau noire.

Rec. Calomel. Gran. sedecim, Aquae Calcis  
Unc. quatuor. Misce triturando. — ELLIS et  
SWEDIAE ad Aquae Calcis Unc. quatuor, Mer-  
curii dulcis Drachm. unam, — AUGUSTIN, GRAY  
et RENNIE Sesquidrachmam praescribunt.

AQUA NIVALIS seu NIVIS. Schnee-  
Wasser. Eau de Neige. — Paratur sec. Ph. Hel-  
veticam destillando ex Nive recent. delapsa  
vel Glacie pura duas tertias Partes.

AQUA NUCIS MOSCHATAE. Muscaten-  
Wasser. Eau de Noix de Muscate. — Par-  
atur destillando ex Nuc. Moschatar. contusar.  
Unc. una cum sufficiente Aque quantitate Con-  
gium unum — De Aqua Nuc. Moschat.  
spirituosa conf. Spiritus.

AQUA NUCUM JUGLANDIUM v. Aqua  
Juglandium Nucum (p. 71.).

†AQUA NUCLEORUM seu SEMINUM PER-  
SICORUM SPIRITUOSA, Aleohol seu Spi-  
ritus Nucleorum Persicorum Ph. Par-  
mensis. Pfirsichkern-Wasser. Eau d'Amandes  
de Pêches.

Rec. Nucleorum Persicorum contusor. Libr.  
unam, Spiritus Vini simplicis Libr. quatuor,  
Aqua fontan. Libr. duas. Infunde per diem  
et destillent in balneo Mariae Libras quatuor.  
Quoad proprietates et Vini cum Aqua Amygdalarum  
(p. 42.) congruit, sed minus concentrata est; pari modo adhibetur

AQUA NYMPHAEAE FLORUM. Seerosen-  
Wasser. Eau de Nenuphar. — Paratur ex Flo-  
ribus recentibus uti Aqua Florum Acaciarum  
(p. 39.).

AQUA ODORIFERA Ph. Wirtemb. Rech-  
Wasser. Eau de Senteur.

Rec. Herb. Anthos, Majoranae — Unc. unam,  
Flor. Lavendul., Liliorum convall., Rosarum  
— Unc. duas, Ligni Rhodii, Cort. Citri rec.  
— Unc. unam semis, Cinnamomi acuti Unc.  
duas, Caryophyllor. arom. Unc. unam semis.  
Mixtis et contusis affundantur Spiritus Vini  
rectificati Libr. octo, Aquae fontanae Libr. qua-  
tuor, et post digestionem per triduum leni-

igne tres quartae inde destillentur. — JUCH HB.  
Melissae Libr. duas, Rad. Calami aromat.  
Libr. unam, Caryophyll. Libr. semis, Cort.  
Cinnamomi Unc. unam, Flor. Lavendulae Libr.  
duas, Herb. Anthos Libr. semis, Majoran. et  
Menth. piper. — Unc. unam cum Spiritus Vini  
rectificati Libr. duabus et Aquae Libr. triginta  
destillari praescribit, donec Unc. viginti elici-  
tae sint (Spiritus hic cum Aqua Carmelitarum  
(p. 52.) fere congruit).

AQUA AD OCULOS d'YVEL. Yvel's Au-  
gen-Wasser. Eau d'YVEL. — Obtinetur miscen-  
do Vitrioli albi Drachm. tres, Vitrioli coerulei  
Drachm. unam, Camphorae Scrupul. duos et  
Croci Grana viginti cum Aquae Octario uno.

AQUA ONONIDIS. Hauhechel-Wasser. Eau  
d'Arrete Boeufs. — Faratur sec. Ph. Sar-  
do am destillando ex Herb. recentis Ononidis  
cont. Part. una et Aquae Partibus tribus Trien-  
tes duos.

AQUA OPHTHALMICA EX ACETITE  
PLUMBI Ph. Batav. Augen-Wasser mit Blei-  
zucker. Eau ophthalmique avec Acetate de  
Plomb. — Solutio est Sacchari Saturni Gran.  
quindecim in Aq. Rosarum Unc. sex.

AQUA OPHTHALMICA ADSTRINGENS, ro-  
borans seu vitriolata, Aqua Vitrioli  
albi seu Zinci, Solutio Sulphatis  
Zinci seu Zinci sulphurici, Col-  
lyrium vitriolicum seu e Vitriolo  
albo, e Zinco sulphurico sive Sul-  
phatis Zinci, adstringens, detergens  
seu detersivum. Adstringentes Augen-  
Wasser. Eau ophthalmique adstringentes et cetera.

Rec. Vitrioli albi Part. unam. Solve in Aquae  
Part. ducentis quadraginta. Sic Ph. castrensis  
Borussica, militaris Danica et  
Wurcebburgensis; Ph. castrensis Bo-  
russic. ex edit. RIMERI ad AQUAM OPH-  
THALMICAM ROBORANTEM quadringentas  
octoginta Aquae Partes, — Pharm. Suecic.  
et Lusitan. ad AQUAM VITRIOLICAM no-  
naginta sex Aquae Partes praescribit. — Ph.  
Hamb. p. p. ad AQ. OPHTHALM. ADSTRING.  
N° 2. Vitrioli albi Grana tria in Aquae Rosa-  
rum Unc. duabus solvi jubet. — Ph. Batav.  
formula fere eadem est. — Formulaire des  
hopit. milit. de France ad unam Vitrioli  
albi ducentas Aquae Partes, — Ph. Edinb.  
et castrensis Ruthena ducentas qua-  
draginta et praeterea unam Spiritus Vitrioli  
Partem praescribunt. — V. etiam Collyrium  
et Mixtura.

AQUA OPHTHALMICA ALBA DANICA seu  
antiophthalmica.

Rec. Vitrioli albi Drachm. unam, Sacchari  
Saturni Drachm. semis, Camphorae Scrupulum  
unum Misce exactissime et filtra. — AUGUSTIN  
Vitrioli albi Scrupul. unum, Extracti Saturni  
Drachm. semis, Spiriti Vini camphorati Drachm.  
duas et Aquae distillatae Unc. duodecim com-  
miscri praescribit.

AQUA OPHTHALMICA ALUMINOSA, robo-  
rans seu adstringens N° 1. Gealaantes  
Augen-Wasser. Eau ophthalmique alumineuse.

Rec. Aluminis Partem unam, Aquae fontanae Partes ducentas. Misce. — Ph. Batav. ad unam Aluminis Aquae tringita duas, — Ph. Hamb. p. p. edit. 2. ad AQUAM OPHTHALMICAM ADSTRING. N°. 1. quadriginta octo Partes praescribunt — Dispens. Fuldense et RENNIE ad AQUAM OPHTHALMICAM ROBORANTEM nonaginta sex Aquae Parties ad duas Aluminis praescribunt. — Ph. Hamb. p. p. formula eadem est, nisi quod Aquae destillatae simplicis loco Aquam Rosarum sumi jubet. — RATIER ad Aluminis Scrup. unum, Aquae communis et Rosar. <sup>aa</sup> Unc. duas, — SAUNDERS ad Aluminis Scrup. semis, Aquae Rosarum Unc. sex — et SWEDIAUR duodecim praescribit. — ELLIS ad Aluminis Grana duodecim ad viginti quatuor usque, Aquae Rosarum Uncias quatuor praescribit. (V. et Collyrium et Linimentum Aluminis.)

AQUA OPHTHALMICA EX BARYTA MURIATICA seu Muriatis Barytae Ph. Batav. — Solutio est Barytae muriaticae Gran. duorum ad trium in Aquae destillatae Unc. una.

AQUA OPHTHALMICA EX CADMIO SULPHURICO seu Sulphatis Cadmii Pharm. Batav. — Solutio est Cadmii sulphurici Gran. duorum ad octo in Aquae destillatae Unc. una.

#### AQUA OPHTHALMICA DE CHARAS.

Rec. Sacchari Candi albi Unc. unam, Rad. Ietros florent. Drachm. tres, Totiae ppiae Drachmi. duas, Sarcocollae, Vitrioli albi, Aloës Succotrinae <sup>aa</sup> Drachm. unam, Caryophyllorum Scrupul. unum, Aquae Euphrasiae, Foeniculi et Rosarum <sup>aa</sup> Unc. octo, Vini Hispanici Unc. viginti quatuor. Infundantur in sole aestivo per quindecim dies agitentur per vices. Liquor clarus in usum recipiatur.

AQUA OPHTHALMICA COERULEA, Aqua coelestis seu sapphirea Ph. Wirtemb., Aqua adstringens seu exsiccans, Aqua Vitrioli coerulei seu Cupri ammoniati, sive Acetatis Cupri ammoniacalis, Collyrium coeruleum seu sapphirinum sive exsiccans, Liquor ophthalmicus coeruleus seu Cupri ammoniati, Solutio Acetatis Cupri et Muriatis Ammoniae seu Ammoniureti Cupri. Blaues Augen-Wasser. Eau ophthalmique blue, Eau céleste pour les Yeux, Hydrolé de Sulphate de Cuivre ammoniacale.

Rec. Aquae Calcis vivae Libram unam, Salis Ammoniaci Drachm. unam. Misceantur stent per 24 horas in vase cupreо, unde Aqua, colorē sapphirem nacta, filtretur et servetur in vitro clauso. — Ph. Amstelodamensis, Ferrarensis, Disp. Brunsvic. et Fuldensis formulae cum hac congruant. — Ph. Hispanica Kali carbonici Drachm. unam adhuc addi praescribit. — Simile, et quoad ingredientia magis constans, ex tempore paratur singulis Aquae Calcis vivae Uncis Grana quinque Salis Ammoniaci et Granum dimidium Viridis Aeris electi admiscendo. — Ph. manualis d'Anvers, Dublinensis, Her bipolit., Rossicae, SPIELMANNI, SWEDIAUR et VAN MONS formula in capite

rei cum hac convenient. — Ph. Hassiae El. autem ad Aquae Calcis Libr. unam, duas Salis Ammoniaci Drachm. et Aeris viridis Grana quinque praescribit. — Ph. Borussica Aquae Calcis Libr. semis cum Aquae destillatae Libris quatuor misceri, tunc addi Salis Ammoniaci deputari Drachm. duas et Cupri limati Drachm. unam praescribit, quac omnia per horas 12 reponenda, tum filtranda. — TADDEI Salis Ammoniaci Drachm. sex, Aq. pluvialis Libr. tres, Lactis Calcis Unc. sex et Limatur. Cupri Unc. duas seu aliquot Cupri Laminas misceri et digeri peaescribit. — VAN MONS proponit, Cupri limati Scrupulum unum et Salis Ammoniaci Drachm. unam, commixta aeri exponi, donec cuprum sit corrosum, tunc admiscendas Aquae Calcis Unc. duodecim, agitantas et filtrandas. — HENRY et GUIBOURG Aq. destill. Unc. quatuor, Vitrioli coerulei Gran. quatuor et Spirit. Sal. Ammon caust. Gutt. tringita duas misceri proponunt. — Vis: refrigerans, desiccans et mundificans. — Usus: Vel instillatur oculis, vel mediantibus linteis applicatur.

AQUA OPHTHALMICA COMMUNIS v. Albumen aluminosum (p. 32.).

AQUA OPHTHALMICA CONBADI seu mercurialis sive Hydrargyri muriatici corrosivi cum Opio, Collyrium Hydrargyri corrosivi.

Rec. Aquae Rosarum Unc. sex, Mercurii sublimat. corrosiv. Gran. unum, Laudani liquidus SYDENHAM Drachm. semis. Misce. — Ph. Hanno. formula eo solummodo discrepat, quod Drachm. semis loco Scrupul. duos Laudani liquidi praescribit. — Ph. militaris Danica ad Sublimat. corrosiv. Granum unum, Infus. Sambuci Unc. quatuor et Tinct. Opii spirit. Drachm. unam praescribit. — Ph. militaris Wurzburgensis ad Sublimati corros. Granum unum, Aquae Rosarum Unc. quatuor et Extracti Opii Grana duo praescribit. — HENRY et GUIBOURG Merc. sublim. corros. Granum unum, Laud. liquid. SYDEN. Drachm. tres et Aq. Rosar. Unc. tres misceri praescribunt. — Conf. et Collyrium ex Hydrarg. muriat. corrosiv.

AQUA OPHTHALMICA DAGUINI, COLLYRIUM COMITIS DU BOURG.

Rec. Tutiae ppiae, Caryophyllorum, Sacchari Candi, Camphorae Pineis tritiae, Aloës <sup>aa</sup> Drachm. unam semis. Pulverisata infundatur in sole per 15 dies cum Aquae Rosarum albarum Unc. sex, Aq. Chelidonii, Foeniculi, Euphrasiae et Rutae <sup>aa</sup> Unc. duabus. Liquor decanthatus recipiatur ad usum.

AQUA OPHTHALMICA DISCUTIENS Disp. Fuldensis.

Rec. Mucil. Sem Cydoniorum Unc. unam, Aq. fontan. Unc. tres, Extracti Saturni Gutt. duodecim. Misce.

AQUA OPHTHALMICA DISCUTIENS N° 1. Ph. Hamb. p. p.

Rec. Aquae Sambuci Unc. unam semis, Tart. emeticis Gran. unum, Tinct. thebaic. Drachm. unam. Misce.

AQUA OPHTHALMICA DISCUTIENS N°. 2.  
Ph. Hamb. p. p.

Rec. Extract. Opii Gran. quatuor, Alcali vegetab. caustic. Gran. unum, Aquae destill. Unc. quatuor. Misce, cola per chartam.

## AQUA OPHTHALMICA HECKERI.

Rec. Mero. sublimat. corros. Grana duo, Extracti Opii Scrupul. semis, Mucil. Sem. Cydonior. Unc. semis, Aquae Rosar. Unc. quatuor. Misce.

## AQUA OPHTHALMICA Ph. Helveticae.

Rec. Aquae Florvae Cyan, Rosarum albarum aa Unc. unam, Tutiae ppiae, Flor. Zinci aa Scrup. semis, Camphorae, Vitrioli albi aa Gran. duo. Misce exactissime.

AQUA OPHTHALMICA CRELII ex LAPIDE DIVINO. — Solutio est Lapidis divini Gran. decim. in Aq. dest. Unc. quatuor, cum addit. Laud. liq. Syd. Drachm. semis.

## AQUA OPHTHALMICA LENIENS Ph. Hamburg p. p.

Rec. Decocti Malvae Unc. duas, Aceti Saturni Guttas decem. Misce.

## AQUA OPHTHALMICA MERCURIALIS Disp. Fuldensis.

Rec. Mercurii sublimate corrosivi Granum unum, Aquae destillat. Unc. sex. Misce.

AQUA OPHTHALMICA EX MURIATE AMMONII Ph. Batav. — Solutio est Flor. Salis Ammoniaci simpl. Drachm. semis in Aquae purae Unc. una.

AQUA OPHTHALMICA ODRELLI, Collyrium STIERNCRONENSE, Decoctum Rutee zin- catum.

Rec. Herb. Rutee conc. Part. duas. Coque in vase coeperto cum Aquae fluvialis Part. tringinta sex ad Dimidium. In Uncis duodecim hujus decocti solve Vitrioli albi Unc. unam et Vitrioli coerulei Drachm. tres. Dissoluitis admisce Spiritus Vini camphorati Drachm. sex.

## AQUA OPHTHALMICA PLENCKII.

Rec. Flor. Zinci Drachm. unam. Tere intime cum Aquae Rosar. Unc. sex.

## AQUA OPHTHALMICA RESOLVENTS Pharm. Hamb. p. p. edit. 1.

Rec. Aquae Rosarum Unc. sex, Extract Saturni Drachm. semis, Salis Ammoniaci puri Gran. duodecim. Misce.

## AQUA OPHTHALMICA ROBORANS Ph. Hamb. p. p. v. Aq. ophthalmica aluminosa.

## AQUA OPHTHALMICA SAUNDERI

Rec. Trochisci albi BRASIS Drachm. unam, Aquae Rosarum Unc. quatuor. Misce exactissime.

## AQUA OPHTHALMICA THEDENI EX LAPIDE DIVINO.

Rec. Lapidis divini Scrup. semis, Salis Ammoniaci Gran. quinque, Aquae Rosarum Unc. duas. Misce.

## AQUA OPHTHALMICA USUALIS Dispens. Brunsvicens.

Rec. Aquae Rosarum, Foeniculi aa Unc.

quinque, Tutiae ppiae Drachm. sex, Sacchari Saturni Drachm. unam semis, Vitrioli albi Scrupul. duos. Misceantur exactissime.

## AQUA OPHTHALMICA VAN MONS.

Rec. Vitrioli albi Gran. duodecim, Sacchari Saturni Drachm. semis, Aquae Rosarum Unc. sex. Misce.

## AQUA OPHTHALMICA VITRIOLICA, e Vitriolo Zinci seu ex Sulphate Zinci v. Aqua ophthalmica adstringens et Collyrium.

## AQUA OPII. Opium-Wasser. Eau ou Hydro- lat d'Opium.

Rec. Opii optimi Smyrnaci recentis, intus adhuc mollis, tenacis, odore penetrantissimo viroso, (resectis partibus exterioribus durioribus) in taleolas dissecti, Unc. unam. Immitis in retortam vitream et affunde Aquae fontanae Unc. octo. Excipulo adaptato et bene juncto, destillent ex balneo Calcariae muriatice Unc. sex. — Ph. Saxonica quinque Partes ex una Opii destillari jubet. — HENRY et GUIBOURT ex una Opii cum Sextuplo Aquae per 24 horas macerata unam solummodo Aquae Partem destillari proponunt. — VAN MONS Opium in Aquae Part. sex dissolvi et liquorem ad siccum destillari proponit. — Sit limpida, odore penetrante Opii. — Viribus narcoticis eximiis praedita putant. Utique autem medicamentum falax, dubium.

AQUA OPULI seu Viburni. Wasserholz-lunder, oder Schneeballen-Wasser, Eau d'Ovier. — Ex Floribus plenis recentibus odoratis uti Aqua Rosarum (p. 87.) paratur.

## AQUA ORIGANI. Oosten-Wasser. Eau d'Origan commun. — Paratur ex Summitatibus uti Aquae Menthae (p. 78.).

## AQUA ORYZAE v. Decoctum.

## AQUA OXYCARBONATIS ACIDULI POTASSAE v. Aq. acerata alcalina (p. 40).

AQUA OXYGENATA seu oxydata, Hydrogenium hyperoxydatum, Oxygenium liquidum. Drycidies Wasser, Wasserstoff Hyperoxyd, tropfbarflüssiger Sauerstoff, Sauerstoff-Wasser. Hydrogène suroxycéne, Deutoxyd d'Hydrogène.

Rec. Baryi hyperoxydati quantum vis. Contare cum Aquae destillatae Decuplo, vase in miscella frigefacienda posito, instilla per vires Acidum Salis dilutum, donec Baryta soluta sit; tunc adde pedetentim Spiritus Vitrioli quantum requiritur ad Barytae precipitationem. Iterum ingere Baryum hyperoxydandum aqua humectatum, et praecipita caute Spiritus Vitrioli ope; filtra cum expressione et age cum liquore filtrato quater ad sexies, ut memoratum. Tunc admisce Argenti sulphurici quantum sufficit, ad praecipitandum Acidum Salis, filtra et adde filtrato Barytam puram hydratam aqua humectatam donec Acidum sulphuricum penitus secretum sit, postea filtra. Illebebis ita Aquam magna Oxygenii quantitate impregnata, quam, si magis concentrare vis, in patina sub anthliae pneumaticae campana

vas apertum Oleo Vitrioli repletum evacuando fit, donec Oxygenium evolvi incipiatur. Concentrari etiam potest anthlia non adhibita, seponendo vas sub campanam vitream paterna Oleo Vitrioli partim repleta superimposita. Aqua, si satis concentrata, statim in vasis optime clausis loco frigido asservanda. Parari etiam potest, solvendo Baryum hyperoxydatum in Acidu fluo-silicico (p. 18.), quae operatio iteranda, donec liquor satis saturatus sit, postremo Acidum praevalens Aquae Barytae ope penitus saturandum. Ceterum simili modo ac memoratum, agendum. — Liquor aqueus, aqua ponderosior, concentratissimus p. spec. 1.45, spissiusculus, syrapi consistentia, frigore non congelans; odore debili ingrato, Aquae JAVELLI (p. 71.) subsimili, sapore nauseoso, amarusculo; in epidermide maculam albam, mox cyanescensem, cum sensu pungente efficiens. — Combinatio est valde soluta Aquae cum Oxygenio, in statu concentratissimo 475 Volumina continentis. Facillime decomponitur, acri si exponitur Oxygenium temperatura ordinaria sensim et calore adjuvante inter effervescentium celerrime in auras abit. — Per multa corpora solidia, ut carbo, magnesia vitriolariorum, plura metalla, oxyda, salia, argentum oxydatum praecipue, ad decompositionem, passim cum explosione, ansam praebent, non minus fibrinum et aliae materiae animalis; acids fortiora e contrario stabilitatem adjuvant. — Compositio haec hucusque vir pro medicamento adhibita, medicorum attentione quam maxime digna!

AQUA OXYGENATA sec. BRUGNATELLI. — Obtinetur saturando Aquam machinæ compresoriae ope Oxygenio quantum fieri potest. — Ut stimulans, leve stomachicum, antispasticum et comindabatur. — De

AQUA OXYGENATA, oxygeno-muriatica et oxymuriatica conf. et Aqua Chlori (p. 57.) et Limonada nitrica.

AQUA PAEONIAE Gichtrosen-Wasser. *Eau de Pivoine.* — Paratur ex Floribus recentibus uti Aqua Cochleariae. — Aqua efficacior foret ex Radice recente, solliciter, uti Aqua Armoraciae (p. 46.) parata.

AQUA PAEONIAE COMPOSITA v. Aqua epileptica (p. 65.).

AQUA PANIS. Brod-Wasser. *Eau de Pain.* Rec. Crustae Panis recenter e cibano extracti et adhuc calentis Libras duas, Cinnamomi acuti, Caryophyllor., Nuc. Moschatar.  $\frac{1}{2}$  Unc. dimidiam, Vini albi spirituosi Libr. octo. Destillentur leni igne ad Dimidiis.

AQUA PAPAVERIS ALBI Weissen Mohnblüthen-Wasser. *Eau de Pavots blancs.* — Paratur e Floribus recentibus uti sequens.

AQUA PAPAVERIS ERRATICI seu Rhocados. Klapperrosen-Wasser. *Eau de Coquelicot.* — Paratur ex Flor. Papaveris Rhocados Libra una et Aquae Libris duabus, destillando Libr. duas.

AQUA PARALYSEOS v. Aqua Primulæ Veris (p. 86.).

AQUA PAREGORICA seu anodyna Ph. Helveticae. Schmerzlinderndes Wasser. *Eau paregorique ou anodyne.*

Rec. Capit. Papaveris albi una cum Seminibus Unc. duas. Conc. et cont. ebulliant per horae quadrantem cum Aquæ fontanae Libr. una. Colatura usui reponatur.

AQUA PARIETARIAE. Wandfraut-Wasser. *Eau de Pariétaire.* — Paratur uti Aqua Acessosae (p. 39).

AQUA PERLATA sec. RENNIE — Paratur solvendo Saponis Hispanici Libr. semis in Aquæ Congio uno et addendo solutioni Spiriti. Vini rectif. Mens. quartam et Olei Anthos Semini-ciam. (Conf. etiam Aqua confortativa. p. 61.)

+ AQUA PERSICORUM FOLIORUM seu Fol. Persicorum. Pfirsichblätter-Wasser. *Eau de Feuilles de Pêcher.* — Ex Foliis recentibus una cum Ramulis tenellis, mense Junio vel Julio collectis, uti Aqua Lauro-Cerasi (p. 72) paratur; quemcum, rite parata, omnino convenit.

AQUA PESTILENTIALIS HARTMANNI seu Spiritus Vini camphoratus crocatus. Hartmann's Pest-Wasser. *Eau contre la Peste de HARTMANN.*

Rec. Spiritus Vini camphorati Unc. duodecim, Tinet. Croci Unc. unam semis. Misce.

AQUA PETASITIDIS. Pettenz-wurzel-Wasser. *Eau de Pétaside.* — Ex Radice recenti uti Aqua Valerianæ paratur.

AQUA PETASITDIS COMPOSITA ex JUNGKEN.

Rec. Rad. Petasit. rec. cont. Libr. unam, Angelic., Imperat.  $\frac{1}{2}$  Libr. semis. Macerentur in Cerevisiae non lupulatae Libr. decem, donec saporis mutatione vires radicum extractas esse sentias.

AQUA PETROSELINI. Petersilien-Wasser. *Eau de Persil.* — Paratur e Seminibus uti Aqua Foeniculi (p. 66.). — Liquor sublimpidus, odore penetrantissimo petroselinino; tempore facile oleum hydram crystallinum deponit. — Vis: Semimum. — Aqua turbida, floccosa, flavesrens, parum odora, rejeiciatur. — Usus: Per se et in mixturiis adhibetur. — Pharm. Bavarica ex Radicis et Herbae recentis  $\frac{1}{2}$  Parte una cum Aquæ Part. quinque, duas destillando elici jubet. — Ph. Wirtemb. et aliae Pharm. pristine ex Herba recenti duas Aquæ Partes elici jubent. — VAN MOSS suadet Herb. recent. semifloras Part. quatuor, Spirit. Vini Part. unam et Aquæ Part. triginta sex addi, atque ex iis abstrahi Part. duodecim. — Ph. Fuldensis Seminibus quartam Kali carbonici Partem addi proponit et quinque Aquæ Partes destillari.

+ AQUA PHAGEDAENICA, Aqua muriatico-mercurialis rubra, Hydrochloras Calcis solutus Hydrate Deutoxydi Hydrargyri mixtus, Liquor Muriatis

**Deutoxydi hydrargyro-calcarei**, Aqua aurea, Lotio flava seu lutea Hydrargyri, Solutio Muriatis Calcis hydrargyrata. Phagedäniſche Waffer, Altschadenz-Wasser. Eau phagédénique, Eau jaune ou ulceraire pour les Chaires boveuses,

Hydrolé mercuriel calcaire.

Rec. Aquae Calcis vivae Unc. sedecim. In hac dissolve Mercurii sublimati corrosivi Grana viginti quatuor. — Liquor turbidus flavus. — Miscella est Hydrargyri oxydati hydrati cum Calcaria muriatica et Aqua. — Vis: caustica, mundificans. Usus: In lotione cet. externe ad ulcerationes, praecipue ulcera venerea adhibetur. — Cum hac formula congruant Ph. Borussica, Slesvico-Holsatica, Hannover, Ph. Hassiae El., Rossica et Wirtembergica. — Plures Pharmacopoeas quoad proportionem Partium constituentium discrepant. Sic Ph. manualis d'Anvers et Ph. militaris Danica ad Aquae Calcis Unc. quatuor, decem Mercurii sublimati Grana praescribunt. — Ph. Heribopolitana et Amstelodamensis ad Libr. unam Aquae Calcis Drachm. semis Mercurii sublimati. — Formulaire pharmac. à l'usage des hopit. de Paris ad sedecim Aquae Calcis Uncias undeviginti. — RENNIE quindecimi, — BRUGNATELLI viginti elvan MOSS triginta Sublimati Grana. — Ph. Parmens. et Ferrarensis ad Libr. unam Aquae Calcis. viginti Sublimati Grana. — SPIELMANNUS, GRAY et Ph. Sardo a Semidrachu. Sublimati praescribunt. — TADDEI Sublimati Grana octo in Aquae destillatae Drachm. tribus solvi et Aquae Calcis Unc. quatuor addi proponit. — Ph. Hispanica Scrupulum unum Mercurii sublimati cum Salis Tartari Drachm. una et Aquae destillatae Libra una terendo commisceri proponit. — Ph. Lusitanica Mercurii sublimati Scrupulum unum et Salis Ammoniaci Grana decem in Aquae destillatae Libr. una solvi jubar. — SWEDIAUN Merc. sublim. corr. Grana triginta ad sexaginta in Aquae Libr. duabus solvi et Spiriti Vini Libram semis addi suadet. — Ph. Saxonica in singulis Aquae destill. Uncias Granum unum Mercurii sublimati corrosivi. (Conf. et Liquor Hydrargyri muriatici corrosivi et ammoniato-mercurialis.)

#### AQUA PHAGEDAENICA ALBA SEC. VAN MONS.

Rec. Aquae Calcis Unc. viginti octo, Salis Alembrothi crystall. Scrupul. duos. Misce exactissime.

**AQUA PHAGEDAENICA ALBA COMPOSITA SEC. VAN MONS.** — Obtinetur miscendo Aquae phaged. albae Unc. viginti quatuor cum Mellis rosati Unc. una.

**AQUA PHAGEDAENICA ALOËTICO-COMPOSITA VOEGELII.**

Rec. Mercurii sublim. corros. Grana tredecim, Aloës opt. Drachm. tres, Opii puri Gran. decem, Mell. rosat. Drachm. sex, Aquae Calcis Libr. semis. Misce.

#### AQUA PHAGEDAENICA COMPOSITA SEC. VAN MONS.

Rec. Aquae phagedaenicae Unc. sex, Extr. Myrrhae Drachm. unam, Tinct. Myrrhae Unc. semis. Misce.

**AQUA PHAGEDAENICA GRINDELII V. AQUA CAUSTICA (p. 54.)**

#### AQUA PHAGEDAENICA NIGRA SEC. VAN MONS.

Rec. Mercurii dulcis praecipitati Scrupulos duos, Aquae Calcis Unc. viginti octo. Misce tritando exactissime (v. et Aqua nigra p. 81.).

#### AQUA PHAGEDAENICA PIDEBITI.

Rec. Aquae phagedaenicae Unc. sex, Spirit. Vini crocati Unc. semis, Liquaminis Myrrhae Drachm. unam, Sief albi Rhassis Unc. unam. Misce.

#### AQUA PHYLLIDIS AMARAE SIMPLEX SEC. KRANICHELD.

Bittermandelöl-Wasser nach Kranichfeld. Eau de Phyllis.

Rec. Sacchari albi Drachm. unam, Olei Amygd. amarar. aetherei Scrupul. semis. Misce et sensim adde Aquae destillatae Unc. duas et Drachm. septem. Serva in vitro charta coloris nigri vestito, loco frigido obscuro.

#### AQUA PHYLLIDIS AMARAE VINOSA SEC. KRANICHELD.

— Obtinetur destillatione Amygdal. amararum vel praecedente methodo, addito alcoholi Vini.

#### AQUA PHYSACOGA PH. WIRTEMB.

Wind-Wasser. Eau physagoque.

Rec. Sem. Anisi Libr. unam, Sem. Sileris montani Unc. unam semis, Cinnamomi acuti Unc. duas, Nuc. Moschat., Rad. Galangae, Macidis, Caryophyllor. aromat. <sup>as</sup> Unc. semis. Cont. macerentur per triduum in Vini albi generosi Libr. sedecim, Spirit. Vini rectificat. Libr. duabus et destillentur leni igne ad Dimidiis.

#### AQUA PICEA seu PICIS LIQUIDA E SIVE TAEDAE, INFUSUM PICIS LIQUIDA E SEU CEDRIAEC, POTIO PICEA, THEER-WASSER. EAU DE GOUDRON OU DE POIX LIQUIDE.

Rec. Picis liquidae Libram unam, Aquae fluvialis Libr. quatuor. Misce saepius conquassans per bidnum; deinde seponatur, ut subsidat pix; decantha liquorem limpitudinem et serva in vasis clausis. — Liquor subflavescens, odore penetrantissimo Picis liquidae uti et sapore. — Solutio est Principiorum Picis liquidarum in Aqua solubilium, praecipue Kreosoti, Picamari, Aceti cet. (v. I. 208.). — Vis: excitans, mundificans, diuretica, diaphoretica, anthelmintica. — Usus: In potionem. — Cum hac formula Ph. Saxonicae, Suecicae, Dublinensis, SPIELMANNI cet. formulae congruant. — Aliac quoad proportionem discrepant. — Sic Ph. Slesvico-Holsatica ad unam Picis liquidae duodecim Aquae partes praescribit. — Ph. Bavariae et FERRARINI sex, — Dispens. Fuldense et Lippiacum, Ph. Wirtemb. et RENNIE octo, — Ph. Gallica

## 86 AQ. PIMENTAE — AQ. PYRMONTANA ARTIFICIALIS

ad quinque Picis liquidae sedecim Aquae, — CADET DE GASSICOURT et RATHER ad unam Picis liquid. Aquae quadraginta octo et infusionem per septimanam, — Ph. Parmensis viginti — et VAN MONS sexaginta quatuor Aquae Partes praescribit. — Alia illius formula Aquae Unc. viginti et Tinct. Picis liquidae Scrupulum unum misceri praescribit.

AQUA PIMENTAE seu Piperis Jamaicensis simplex et vinosa. Piment-Wässer. Eau de Piment. — Paratur uti Aquae Ginnamomi (p. 59.).

AQUA PIMPINELLAE ALBÆ Biebernelli-Wässer. Eau de Pimprenelle. — Paratur ex Radice uti Aqua Valeriana (p. 93.). — AQUA PIMPINELLÆ HORTENSIS — ex Herb. recente culta Poterii Sanguisorbae obtinetur.

AQUA PINI TURIONUM seu Turionum Pini. Fichtensproffen-Wässer. Eau de Boutons de Pin. — Simili modo ac precedens obtinetur.

AQUA PIPERIS NIGRI. Schwarzpfeffer-Wässer. Eau de Poivre noire. — Paratur sec. VAN MONS destillando ex Piperis nigri Part. una, Aquae Part. quindecim mixta, Part. quinque.

AQUA PLANTAGINIS. Wegerig-Wässer. Eau de Plantain. — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Acetosae (p. 39.) — Sec. Ph. Galliae uti Aqua Lactucae (p. 72.) paranda est. — Soluumodo ex Floribus recentibus Plantaginis mediae Aquam odoratam obtinebis.

AQUA PLANTAGINIS AQUATICA. Wässer-Wegerig oder Frischlößel-Wässer. Eau de Plantain d'Eau.

Rec. Rad. rec. Plantag. aquat. cone. Libr. unam, Aq. font. Libr. quatuor. Destila caute Unc. viginti quatuor. Reaffunde distillatum in novas Rad. Alismatis Unc. duodecim, et abstrahere Unc. duodeviginti.

AQUA PLUMBI seu plumbica v. Aqua saturnina et Aqua vegeto-mineralis.

AQUA PONTIFICALIS v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

AQUA PORTULACAE. Portulac-Wässer. Eau de Pourprier. — Paratur uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA POTASSÆ CAUSTICÆ seu puræ v. Lixivium causticum.

AQUA POTASSÆ CARBONATIS ACIDULA seu Supercarbonatis Potassae v. Aq. aërata alcalina (p. 40.).

AQUA POTASSÆ SUBCARBONATIS v. Oleum Tartari per deliquium et Liquor Cineris clavellati depurati seu Kali carbonici.

AQUA PRAGENSIS v. Aqua foetida (p. 66.).

AQUA PRIMULÆ VERIS seu Paralyseos. Schlüsselblumen-Wässer. Eau de Primvere. — Paratur uti Aqua Tiliae (p. 78.).

AQUA PROPHYLACTICA v. Acetum.

AQUA PRUNI AVIUM v. Spiritus Cerasorum.

AQUA PRUNI LAURO-CERASI v. Aqua Lauro-Cerasi (p. 72.).

† AQUA PRUNI PADI seu Padì. Ahlfirsdien-Wässer. Eau de Cerisier à Grappes. — Paratur ex Cortice recenti vel Folii recentibus odoratis uti Aqua Lauro-Cerasi (p. 72.). — Proprietates similes habet, eodemque modo adhibetur.

AQUA PSORICA BÜCKINGI. Bückings Kräbs-Wässer. Eau contre la Gale de BÜCKING. Rec. Aquae Calcis Unc. decem, Merc. sublim. corros., Merc. dulcis ppt. a. Scrup. unum. Misce exactissime. Pro lotione.

AQUA PSORICA seu antipsorica mercurialis CUM SULPHURE.

Rec. Flor. Sulphur. Unc. tres, Sal. Ammon. Unc. unam, Aquae Calcis Libr. quinque. Coque ad remanent. Libr. trium, tunc admisce Merc. sublim. corros. Scrup. duos.

AQUA PULEGII. Polei-Wässer. Eau de Poulliet. — Paratur uti Aqua Menthae (p. 78.). — Liquor limpidus odoratissimus. A medicis nostratis nimis negligitur.

AQUA PULEGII SPIRITUOSA v. Spiritus. † AQUA PULSATILLÆ. Küchenschellen-Wässer. Eau de Coquelourde.

Rec. Herbae Pulsatillæ recentis mense Aprili collectae Libras duas. Concisis celeriter superflunde Aquae Libras quatuor; et destilla in apparatu idoneo, optimè clauso, ex balneo Calcariae muriatice Libras duas, quae statim in vasis parvis, optimè obturatis, loco frigido sollicite asservandæ. — Liquor sublimpidus, odore et sapore penetrante acri-pungente; aëre admisso celeriter odorem et saporem amittit, qui removendus.

AQUA PURA DESTILLATA VULNERARIA v. Aqua vulneraria aquosa.

AQUA PURGANS CUM TARTARO EMETICO seu Aqua mineralis. Brech-Wässer. Eau purgative Ph. Gallicæ.

Rec. Salis mirabilis GLAUBERI Unc. unam ad duas, Tartari emeticæ Grana tria, Aquæ calidæ Unc. decem. Misce.

AQUA PYRMONTANA ARTIFICIALIS Ph. Suecicæ. Künftliches Pyrmonter-Wässer. Eau de Pyrmonte factæ.

Rec. Salis amari Grana triginta quinque, Salis communis Grana decem, Gysi artificialis recenter parati Grana triginta sex, Calcariae carbonicæ artificialis recenter paratae Grana quindecim, Limatura Martis Unc. unam. Misceantur cum Aquæ fontanæ purissimæ Cantharo uno, et omnia, modo ad Aquam aëratam (p. 39.) praescriptio, aëre fixo saturentur. — Ph. Gallica Aquæ aëratæ quinque Volumina Casis continentis Unc. viginti cum dimidia cum Salis culinaris Gran. duobus, Salis amari Gran. octo, Magnesiae albae Gran. duodecim et Ferri subcarbonici Grano uno commisceri suadet. Aqua parata ab aëris accessu diligenter custodienda est, in quo, si negligitur, Ferrum solutum ex Aqua deponitur, et hanc turbidam et rubiginosam reddit.

AQUA RABELLI seu RABELLIANA, Spiritus RABELLI seu Mixtura sulphurico-acida Pharm. Borussicae.

Rabells-Wasser. *Eau de Rabell.*

Miscella est Olei Vitrioli puri Part. unius cum Spiritu Vini rectificatissimi Part. tribus. (Conf. et Elixir acidum.)

† AQUA RANUNCULI ALBI seu Anemones Weisse Ranunzel - oder Waldhahnenfuß-Wasser. *Eau d'Anemone sauvage.* — Uti Aqua Pulsatillae (p. 86) paratur, quacum etiam quoad proprietates congruit. — Ph. Suecica ex duas Herbae recentis tres Aquae partes elici jubet.

AQUA RAPHANI NIGRI. Schwarzen Raftig-Wasser. *Eau de Raifort cultive.* — Uti Aqua Armoraciae (p. 46.) paratur.

AQUA REGINAE HUNGARICAE v. Aqua Hungarica (p. 69.).

† AQUA REGIS, regia seu regalis, Aqua chrysula seu stygia BASILII, Aqua Fortis composita seu DYERI, Aqua muriatico-nitrosa, Menstruum Auri, Acidum nitro-muriaticum seu hydrochloricum, Acidum nitroso-oxymuriaticum seu chloricum, Acidum chloronitrosum. Königs-Wasser, Goldscheide-Wasser, Salpetersalzsäure, Chlorthaltige salpetrichte Säure. *Eau regale, Acide nitro-muriatique ou hydrochloro-nitrique.*

Rec. Aquae Fortis Partem unam, Acidis Salis Partes duas. Misce. — Liquor aurantiaco-fuseeensis, odore penetrante Chlori et Acidis nitrosi. — Praescriptiones quoad rationem Acidorum passim discrepant; alii praeterea Sal Ammoniacum seu Sal culinare cum Triplo ad Sextuplum Aquae Fortis commisceri proponunt, alii Nitri Partem unam cum Acidis Salis Part, duabus cum dimidia praescrivunt, cet. — Caput rei utique est, miscellata ita confici, ut Chlorum non desit. — Constat enim praecipue ex Chloro et Acidio nitroso cum Aqua. — Vis: Chlori. — Usus: In pediluvium cum aqua diluta adhiberi proponitur. Praecipue autem ad Auri et Platinae dissolutionem inservit.

AQUA REGIS FERDINANDI Ph. Pragens. König Ferdinand-Wasser. *Eau du Roi Ferdinand.* — Paratur distillatione Dupli Aquae supra Nitrum, vel destillando Liquorem Nitri fixi. — Aqua destillata pura his methodis obtinetur.

AQUA RESOLVENS CADET DE GASSICOURT. Auflösendes Wasser. *Eau resolvante.*

Rec. Salis GLAUBERI Unc. unam ad duas, Nitri Grana decem, Tartari emeticici Granum diuidium, Aquae Libr. duas. Misce.

AQUA RHODU LIGNI v. Aqua Ligni Rhodii (p. 74.)

AQUA RHODIOLAE seu Rhodiae Radicis. Rosenwurzel-Wasser. *Eau d'Orpin rose.* — Paratur ex Radice uti Aqua Valerianae (p. 93.).

AQUA RHOEADOS v. Aq. Papaveris erratici.

AQUA ROBORANS SELLE. Selle's stärkendes Augen-Wasser. *Eau roborante de SELLE sec.* CADET DE GASSICOURT.

Rec. Extracti Saturni, Spiritus Vini camphorati ad Drachm. duas, Vitrioli albi Drachm. unam, Aquae Chamomillae Libram semis. Misce.

AQUA RHOIS TOXICODENDRI. Gift-Sumach-Wasser. *Eau de Sumac veneneuse.* — Uti Aqua Lactucae (p. 72.) paratur.

AQUA EX RORE seu Ros. Thau. *La Rosée.*

— Olim praecipue mensibus Majo et Junio, ante solis ortum instrumentis vitreis colligebatur. — Vim ei attribuebant laxandi, resistendi ictibus animalium venenatorum, et collectum de herbis ophthalmicis oculorum affectibus convenire credebat. — Dudum merito exolevit.

AQUA RORISMARINI v. Aq. Anthos (p. 44.).

### AQUA ROSARUM. Rosen-Wasser. *Eau de Roses.*

Synon.: Aqua Rosae seu Rosarum centifoliarum et Damascenarum.

Rec. Florum Rosarum recentium incarnatarum Libras quatuor, aut Sale conditorum Libras sex.

Superaffunde Aquae fontanae quantum sufficit et destilla ex balneo Calcariae muriaticae Libras viginti. (Etiam vaporum Aquae ope ex Floribus recentibus, vel salitis levissime solutis et expansis in vesicam ingestis, uti Aqua Chamomillae (p. 56.) parari potest.)

Liquor limpidus, odore fortis grato, rosaceo. — Vis: analeptica, excitans.

Aqua turbida aut colorata, odore debili vel alieno, omnino rejiciatur.

Usus: Mixturis cet. admiscetur, praecipue odoris causa; additur saepius aquis ophthalmicis et aliis compositionibus.

Pristinae Pharmacopoeae Florum ad Aquam rationem maiorem requirunt. — E. g. Wittenbergica ex una tantum Florum Parte Aquae Partem unam cum dimidia abstrahi suadet. — Ph. Suecica et Fennica duas. — Additio Spirit. Vini, uti van Moss proponit, Aquam præbet mox acescentem, unde omnino haec methodus repudianda.

AQUA ROSARUM ALBARUM. Weisse Rosé-Wasser. *Eau de Roses blanches.* — Ex Rosa alba L. simili modo paratur. — Liquor praecedenti similis, sed odore debilior. — Praecipue ad Aquas ophthalmicas requirebatur.

AQUA ROSARUM RUBRARUM. — Simili modo obtinetur. — Minoris odoris est quam praecedentes et omnino superflua.

AQUA ROSARUM SILVESTRUM. — quae eadem methodo obtinetur, odore gaudet grato sed debili, quasi vinoſo. — Hodie vix adhibetur.

### AQUA RUBI IDAEI. Himbeer-Wasser. *Eau de Framboises.*

Rec. Baccarum Rubi idaei recentium contus. Libras triginta, Aquae Libras sexaginta.

Destillent ex balneo Calcariae muriaticae Librae triginta.

Liquor limpidus, odore suaveolente Baccarum Rubi idaei. — *Vis:* temperans, analectica.

Sit Aqua limpida, grate odora; Aqua turbida vel acida, et odore debili removeatur.

*Usus:* Mixturus praecipue admiscetur.

Pharmac. Borussica, Slesvico-Holsatica, Ph. Hassiae El. residuum post parationem Succi Baccarum Rubi idaei maturarum recentis aut Sale conditi cum Triplo Aquae, addita sexagesima Cinerum clavellatorum Parte, commisceri et Duplum adhibiti residui destillando elici praescribunt. — Pharm. Saxonica et van Moss miscellam e Baccis et Aquam ante destillationem fermentationi subiecti sudent. — Aqua autem his methodis obtenta facile acescit. — Parari etiam potest ex Spiritu Rubi idaei, simili modo ac Spiritus Melissae (p. 77.) obtento, cum Aqua. Semper autem ex tempore miscenda, quoniam pariter mox acescit.

AQUA RUBI VULGARIS. Brombeer-Wasser. *Eau de Mures de Ronce.* — Pari modo paratur.

† AQUA RUBRA seu mercurialis ALBERTII. Rotheß Wasser. *Eau rouge*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Drachm. unam, Aque destillatae Libr. unam, Radicis Alkannae quantum sufficit ad colorandum. Misce et filtra. (Conf. etiam Aqua vulneraria.)

AQUA RUTAE. Rauten-Wasser. *Eau de Rue.* — Paratur uti Aqua Salviae.

† AQUA SABINAE. Sevenbaum-Wasser. *Eau de Sabine.* — Pari modo paratur.

AQUA CUM SACCHARO SATURNI v. Aq. saturnina (p. 89.).

AQUA SALINA Ph. Hamb. p. p., Potio tartarico-boracica, Fundans LASSONE. Salz-Wasser. *Eau saline, Fondant de Las-Sonne.*

Rec. Cremor. Tartari Unc. unam, Borac. Venetae Drachm. tres, Aquae bullientis Libr. unam. Solve. — BORACIES formulaire Salis cuiusque Drachm. et Aquae Libram prescribit. — Formulaire à l'usage des hopitaux de Paris. — Rec. Cremoris Tartari Part. viginti, Boracis Part. quinque, Mellis despumati Part. sexaginta et Aquae quantum sufficit, ad impletendum liquoris Octarium unum.

AQUA SALIS AMMONIACI FIXI v. Liquor.

AQUA SALVIAE. Salbei-Wasser. *Eau de Sauge.* — Paratur uti Aqua Menthae pipiritae (p. 78.). — Liquor limpidus, odore et sapore forti Salviae. — *Vis:* discutiens, diaphoretica, tonica.

Aqua turbida, vel spissiuscula, tenax, parum odora rejiciatur.

*Usus:* In mixturis; collutoriis et gargarismatibus praecipue admiscetur.

AQUA SALVIAE seu Hormini COMPOSITA Ph. Wirtemb. Zusammengesetztes Salbei-Wasser. *Eau de Sauge composée*

Rec. Herbae Salviae rec. Unc. octo, Anthos, Serpylli, Thymi aa Unc. unam, Cardamomi utriusque Drachm. sex, Macid., Nuc. Moschat., Caryophyllor., Rad. Zedoar., Galang., Calam. arom. aa Unc. semis, Vini spirituosi Libr. octo, Spirit. Vini rectificati Libr. quatuor. Destillent leni igne ad quartae Partis remanentiam. — Ph. Gallica Specier. vulneriarum Part. duas, cum Aquae Part. viginti commisceri et Part. octo abstracta praescribit. (Conf. etiam Aq. poplectica [p. 45.] et vulneraria p. 97.).

AQUA SALVIAE SPIRITUOSA v. Spiritus.

AQUA SAMBUCI. Hollunder-Wasser. *Eau de Surau.*

*Synon.:* Aqua Florum Sambuci, Blieder-Wasser.

Paratur uti Aqua Chamomillae (p. 56.). Ex quaque autem Florum siccatorum Libra eliciantur sex tantum Aquae Librae. — Liquor limpidus, odore forti Florum Sambuci. — *Vis:* discutiens, diaphoretica, anodyna.

Aqua spissiuscula, tenax vel parum odora removeatur.

*Usus:* In potionē; mixturis admisetur, saepius tanquam constituens inservit.

Pharm. Borussica et aliae quoad rationem Florum et Aquae passim discrepant; plerumque uti Aqua Chamomillae l. cit. parari praescribunt.

AQUA SANTALI CITRINI v. Aqua Ligni Santali citrini (p. 74.).

AQUA SAPPHIRINA v. Aq. ophthalmica coerulea (p. 82.).

AQUA SASSAFRAS SIMPLEX et COMPOSITA v. Aqua Ligni Sassafras (p. 74.).

AQUA SASSAPARILLAE ROLLFINCKII. *Röllfinck's Sassafrass-Wasser. Eau de Sarsaparille de ROLLFINCK.*

Rec. Rad. Sassafrall. Unc. duas, Rad. Chinæ Unc. unam, Cichorii, Scorzoneræ  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Cort. Cappar., Tamarisci, Lign. Rhodii  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Herb. rec. Chelidonii, Cochlear., Beccabung., Fumar., Ceterach., Chamaepith.  $\frac{1}{2}$  Man. unum. Inc. cont. affunde Aq. Cichorii, Fumar., Cochlear.  $\frac{1}{2}$  Libr. unam semis. Post 3 dier. digest. destilla ex bals. Cineris. Destillari etiam potest cum Vino Malvatico.

AQUA SATUREJAE. *Saturei-Wasser. Eau de Sarriette.* — Utī Aq. Menthae (p. 78.) paratur.

AQUA SATURNINA seu plumbica Pharm. Borussicae. *Blei-Wasser. Eau de Saturne ou de Plomb.*

Rec. Aquæ destillatae Libr. duas, Aceti Saturni Unc. semis. Misce.

AQUA SATURNINA Ph. Hamburg. p. p. edit. sec.—Constat ex Sacchari Saturni Drachm. duabus, Aquæ destillatae Libra una. — Edit. prima Aquæ destillatae loco Aquam fontanam sumi et insuper addi praescriperat Aceti Vini Unc. duas, (V. etiam Aqua vegeto-mineralis et Collyrium.)

AQUA SATURNINA AESCULAPII — Obiinebatur destillando Acetum fortissimum per alembicum plumbeum magnum, abiecta quarta parte primo extillante; reliquum excipiebatur fere ad siccitatem; cavendo tamen eupyrena. — Dudum merito exolevit.

AQUA SATURNINA CAMPHORATA.

Rec. Aquæ saturninae Ph. Bor. Libr. unam, Spiritus Vini camphorati Unc. duas. Misce.

AQUA SAXIFRAGIAE. *Steinbrech-Wasser. Eau de Saxifrage.* — Utī Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

AQUA SCABIOSAE. *Apostemkraut-Wasser. Eau de Scabieuse.* — Paratur uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA SCANDICIS ODORATAE, Myrrhidis seu Cicutariae odoratae sive Cerefolii Hispanici Pharm. Slesvico-Holsat. *Spanisch Rörbel-Wasser. Eau de Cerfeuil musqué.* — Utī Aqua Petroselini (p. 84.) ex Herba recenti paratur.

AQUA SCLOPETARIA v. Aqua vulneraria.

AQUA SCORDII. *Lachenknoblauch-Wasser. Eau de Germardrée d'Eau.* — Paratur uti Aq. Melissæ (p. 77.).

AQUA SCORDII COMPOSITA v. Aq. theriacalis (p. 92.).

AQUA SCORZONERAE. *Schlängenwurz-Wasser. Eau de Scorsonère.* — Ex tota Planta recenti uti Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

AQUA SEDLITZENSIS v. Aqua amara (p. 41.).

AQUA SEDLITZENSIS SATURATIOR sec. Ph. Gallicam fit, solvendo Salis amari Unc. semis, Magnes. muriaticæ Gran. triginta sex, in Aq. aeratae, triplici Mensura Aëris fixi prægnantis, Unc. viginti duabus.

AQUA SELTERANA ARTIFICIALIS Pharm. Suecicæ. *Künstliches Selters-Wasser. Eau de Selters Justice.*

Rec. Salis communis Grana centum, Salis Sodaæ crystallisatae Grana viginti quatuor, Magnesia albae et Calcariae carbonicæ utriusque nuper paratae, prioris Grana viginti novem et posterioris Grana septendecim. Diluantur in Aquæ fontanae purissimæ Uncis octo et octoginta, et omnia Aëre fixo perfecte saturentur (v. Aqua aerata p. 39.). Ex tempore quoque parari potest solvendo Natri bicarbonici Grana quadraginta quinque in Aquæ fontanae frigidæ Libr. duabus. Immissis in lagena iis replendam instillantur Acidi Salis (odore expertis) Guttæ centum viginti. — Lagena statim bene obturanda et loco frigido asservanda. — Ph. Gallica Salis Sodaæ Gran. quatuor, Magnes. alb. Gran. duo et Salis communis Gran. viginti duo in Aquæ aeratae, quintupla Aëris fixi Mensura medicatae, Unc. viginti et semis solvi praescribit.

AQUA SEDI seu Sempervivi. *Hauslaub-Wasser. Eau de grande Joubarbe.* — Paratur uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA SEMINIS ANETHI, ANISI, FOENICULI cet. v. Aqua Anethi, Anisi, Foeniculi cet.

AQUA SEPARATORIA = Aqua Fortis (p. 21.).

AQUA SERPYLLI. *Quendel-Wasser. Eau de Serpolet.* — Paratur uti Aqua Melissæ (p. 77.).

90 AQ. SERPYLLI COMPOSITA — AQ. STRUMALIS

AQUA SERPYLLI COMPOSITA v. Aqua benedicta Serpylli (p. 49). — SCHROEDERI formula in capite rei cum nostra congruit; magis autem complicata est.

AQUA SINAPIS seu Sinapeos, Aqua Seminis Sinapis. Senf-Wasser. Eau de Moutarde. — Paratur e Seminibus Sinapis nigrae recenter contusis cum Aqua uti Aqua Amygdalarum amararum (p. 42). — Liquor primum subturbidus, odore pungente volatili Sinapis. — Solutio est concentrata Olei aetherici Sinapis in Aqua. — Vis: Sinapis, externe celeriter irritans, immo passim vesicans. — Usus: Uti Sinapismi. — Aqua haec efficacissima medicorum attentione omnino digna. — NEES AB ESENBECK praescribit, Sinapis nigrae rec. pulv. Libr. unam, Spirit. Vini rect. Unc. duas, Salis Ammon. Unc. semis, cum suff. Aquae communis quantitate ad consistentiam pulsis tenuis misceri et inde Sesquilibram ad duas Libras destillari.

AQUA SIGILLI SALONORIS. Weißwurzel-Wasser. Eau de Sceau de SALOMON. — Paratur ex Planta recenti uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA SILICUM. Kieselerde-Wasser. Eau de Caillous. — Obtinetur sec. LENERT extingendo Silices rubro-candentes in Aqua, in olla ferrea contenta. — Contra tussim convulsivam cet. celebrata. Merito autem exolevit.

AQUA SINE PARI. Wasser ohne Gleichen. Eau sans Pareille.

Rec. Aquae Hungaricae Unc. octo, Spirit. Vini rectificati Unc. duas et septuaginta, Ol. Citri Unc. semis, Bergamottae Drachm. duas semis, de Cedro Drachm. duas. Mixta destillentur ad remanentiam Unc. novem. — GRAY praescribit Spirit. Vini rectificatissimi Congium unum cum Moschi Gran. viginti, Essent. Ambrae gris. Unc. duabus, Ol. Lavendulae et Caryophyll. Unc. una, Bergamottae Unc. semis, Sassafras Gutt. quindecim et Origani Guttis viginti commisceri.

AQUA SODAE seu alcalina gassosa, Aqua Natri bicarbonici acidula, Supercarbonatis Sodaе seu natrici, Aqua Carbonatis Sodaе acidula. Soda-Wasser, Sauer-Wasser mit Kohlensäure und Natron. Eau de Soude, Eau acide avec du Carbonate de Soude. — Paratur ex Sale Sodaе dilapso cum Aqua aërata uti Aqua aërata alcalina (p. 40.). Vis et Usus: Aquae aëratae.

AQUA SODAE CARBONATIS sec. RENNIE. — Solutio est Salis Sodaе in Aqua destillata pond. spec. 1,08.

AQUA SOLANI NIGRI. Nachtschatten-Wasser. Eau de Morelle. — Ut Aqua Lactucae (p. 72.) paratur.

AQUA SOMNIFERA WECKERI. Weckers Schlaf-Wasser. Eau somnifère de WECKER.

Rec. Sem. Papaver. albi Unc. semis, Sem. Lactucae Unc. unam, Cort. Rad. Mandragorae Drachm. duas, Opii praep. Drachm. tres, Aquae Papaveris Unc. octo. Post digestionem per noctem destillent leg. artis.

AQUA SPADANA ARTIFICIALIS Ph. Suecicae. Römischē Spä-Wasser. Eau de Spa factice.

Rec. Salis Sodaе crystallatis Grana novem, Magnesiae albæ rec. parat. Grana viginti, Calcariae carbonicæ rec. paratae Grana octo, Limaturae Martis Unc. unam, Aquae fontanae purissimæ Unc. octo et octoginta. Saturentur omnia Aëre fixo, uti in Aqua Selterana prescriptum est, et servetur liquor limpidus loco frigido, in vasis optime obturatis epistomiis bene elotis. — Ph. Gallica in Aquæ aëratae, quintuplici Aëris fixi Mensura medicatae, Unc. viginti semis, Salis communis Gran. unum, Magnes. alb. Gran. quatuor, Salis Sodaе Gran. duo et Ferri subcarbonici Gran. unum solvi proponit.

AQUA DE SPERMATE RANARUM sive Sperniolae. Groschlaich-Wasser. Eau de Frais de Grenouille.

Rec. Spermatis Ranarum recentis quantum vis. Destilla in balneo Mariae sere ad siccitatem, custodiens ab empyreumate. Jam dudum Aqua satua, inanis, exolevit.

AQUA SPLENETICA. Milz-Wasser. Eau splenétique.

Rec. Aquae Melissæ, Menthae, epileptic. LANGII <sup>aa</sup> Unc. tres, Mixturae simplicis Ludovici Drachm. tres, Essentiae Castorei Drachm. unam, Elaeosacchari Succini Drachm. duas. Misce.

† AQUA STETTINENSIS AD USUS EXTERNOS Disp. Brunsie. Stettiner-Wasser. Eau de Stettin.

Rec. Florum Balaustiorum Unc. semis, Sacchari Saturni, Tartari albi <sup>aa</sup> Drachm. duas, Aluminis saccharini Unc. unam., Rad. Tormentillæ Drachm. duas, Mercur. sublim. corrosiv., Ligni Santalini ruhi <sup>aa</sup> Drachm. unam, Spiritus Vini rectificati Unc. sedecim. Cont. digerantur et exprimantur.

AQUA STIBIATA v. Aqua emetica (p. 64.).

AQUA STOMACHICA seu Menthae composta Ph. Wirtemb. et Helvetiac. Magen-Wasser. Eau stomachale.

Rec. Summit. Menthae crisp. rec. Unc. tres, Rad. Galangae, Nuc. Moschat., Cinnamomi <sup>aa</sup> Unc. unam, Vini spirituoso Libr. octo. Destillentur ad Dimidiis. — SCHROEDERUS, JUNGEN et alii pristini autores plures etiam similes formulas, sed magis compositas, habent. Vid. etiam Infusum Quassiae cum Natro.

AQUA STRUMALIS Taxae militaris Badensis, Aqua ad Botium seu Decocum Spongiae ustae et AUGUSTINI. Kröpf-Wasser. Eau contre les Ecrouelles.

Rec. Spong. fragm., Tart. crud. <sup>aa</sup> Unc.

semis, Alumin. crud., Lapid. Spongian., Corii Russici (Sudeten)  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas. Misce, calcinentur in vase fictili bene clauso per  $\frac{1}{2}$  horae, ut fiat pulvis niger. Rec. hujus Pulv. Drachm. sex. Coque cum suff. quant. Aquae fontanae ad remanentiam Unc. novem; per chartam bibulam colatis adde Aq. Cinnamom. simpl., Syrup. Aurant.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis. Misce.

## AQUA seu MIXTURA STRUMALIS de PESCHIER.

Rec. Natri bicarbonici Drachm. duas, solve in Aquae destill. Unc. octo, adde Syr. simpl. Unc. unam.

## AQUA STRUMALIS RASTATTIENSIS.

Rec. Spong. combust. compos. (urendo Spong. in fragm. Part. duas, Lapid. Spongian., Mandib. Lucii Piscis et Boleti cervin.  $\frac{aa}{aa}$  Part. unam, in vase clauso paratae) Unc. unam semis. Coque cum Aquae fontanae Libr. quatuor fere ad Dimidias, sub finem coctionis adde Cinnamomi, Rad. Pyrethri, Piper. nigri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Salis culinaris Drachm. duas. Digere adhuc per horam, tunc colas et filtra. Serva in lagena. — Plures aliae adhuc sunt compositiones ad Aquam strumalem, caput rei autem fere semper Decocatum Spongianarum combustarum exhibet (v. et Decocutum).

## AQUA STYPTICA BEROLINENSIMUM sec. SPIELMANN. Blutstillendes Wasser. Eau styp-tique.

Rec. Succ. express. Sempervivi, Sanguisorbae, Chaerfolii, Aristolochiae, Aceti Vini  $\frac{aa}{aa}$  Part. aequales. Destillent sec. artem.

## AQUA STYPTICA DANORUM seu Liquor stypticus WEBERI sec. SPIELMANN., Ph. Her-bopolit. et PIDERIT.

Rec. Alumin. rupeis, Vitrioli. coerulei  $\frac{aa}{aa}$  Unc. tres. Solve in Aquae font. Unc. viginti quatuor, et adde Olei Vitrioli Drachm. duas. — Ph. Edinburg. ad AQUAM STYPTICAM seu Solutionem Sulphatis Cupri compo-sitam duodecim Ol. Vitrioli Drachm. requiri. — Disp. Fuldens. et Lippiacum ad Aluminis et Vitrioli. coerulei  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Aquae Libr. unam et Olei Vitrioli Drachm. unam praescribunt. (Conf. etiam Aque vitriolica Londinenium (p. 96.) et alter Liquor styptic. WEBERI sec. SPIELMANNUM.

## AQUA STYPTICA DE MOTTE LA FAVEUR. — Nihil aliud est nisi Solutio Ferri sulphurici oxydati in Quadruplo Aquae.

AQUA STYPTICA CLEMENTINA v. Liquor vul-nerarius vegetabilis.

## AQUA STYPTICA LOOFII v. Liquor.

AQUA SUBACETATIS PLUMBI seu plumbici v. Aqua vegeto-mineralis (p. 94.).

AQUA SUBACETATIS PLUMBICI FOR-TIOR v. Spiritus Frumenti acetatis.

AQUA SUBCARBONATIS KALI v. Liquor Cineris clavell. et Oleum Tartari per deliquium.

AQUA SUCCORUM VEGETABILIJ VUL-NERARIORUM v. Liquor vulnerarius vegeta-bilis.

AQUA SULPHATIS ALUMINAE v. Aqua aluminosa (p. 39.).

AQUA SULPHATIS FERRI ET MAGNESIAE ANTIMONIALIS seu ex Banares Ph. Hisp. Brechweinstein- und Vitriofaltiges Bitter-Wasser. Eau de Banares.

Rec. Salis amari Drachm. tres, Tart. emeticci Gran. unum, Vitrioli Martis Gran. sex, Salis SEIGNETTE Scrupul. unum, Aquae Libr. quatuor. Solve et filtra.

AQUA SULPHATIS MAGNESIAE CARBO-NICAE v. Aqua amara (p. 41.).

AQUA SULPHATIS ZINCI v. Aqua oph-thalmitica adstringens (p. 81.).

AQUA SULPHATIS ZINCI ALUMINOSA v. Aqua aluminosa BATEANA (p. 41.).

AQUA SULPHURATA CERUTTI seu A qua sulphurato-stibiata Ph. Boruss. cum Aqua Calcis Antimonii cum Sulphure AUGUSTINI (p. 50.) convenit.

AQUA SULPHURATO- seu SUL-PHUR-ACIDULA seu acida v. Li-quor probatorius HAHNEMANNI.

AQUA SULPHURETI AMMONIAE v. Li-quor fumans Boyle et Liquor Ammoniaci hydrothionici.

AQUA SULPHURETI KALI seu Potassae Ph. Edinburg. Schwefeleber-Wasser oder Lö-fung, Wässrige Schwefelfaltslösung. Eau ou Solution de Sulphure de Potassium.

Rec. Flor. Sulphuris Unc. semis, Lixivii caustici Fluiduncias novem. Coque per decem minutas, filtra et statim liquorem in vase bene clauso serva (v. etiam Liquor Hepatis Sulphuris).

AQUA SULPHUROSA seu sulphurata sec. VAN MONS. Van Mons Schwefel-Wasser. Eau sulphureuse de Van Mons.

Rec. Liquoris Natri hydrothionici concentrati Drachm. duas. Solve in Aquae Unciae quadra-ginta. Instilla Acidi Salis quant. satis ad decomponendum Sal et agita fortiter in lagena obturaculo smyride obducto. — Aquae Aqui-granensis loco adhiberi proponit auctor.

AQUA SULPHUROSA seu sulphurata pro Balneis sec. VAN MONS.

Rec. Cretae albae seu Marmoris Drachm. duas, Hepatis Sulphuris calcarei Drachm. tres. Subtilissime trita misceantur cum Aquae temperatae Libris trecentis, tunc instillentur, agitando miscellam, Olei Vitrioli, antea paullo Aquae dilutu, Drachmæ quinque.

AQUA SULPHUROSA COMPOSITA CADET DE GASSICOURT.

Rec. Aquae Bellilucanae (p. 48) et Infusi Flor. Sambuci  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam. Misce.

AQUA SUPERCARBONATIS KALICI seu Potassae v. Aqua aerata alkalina (p. 40.).

AQUA SUPERCARBONATIS NATRICI seu Soda v. Aqua Soda (p. 90.).

$\dagger$  AQUA seu LIQUOR SWIETENI, Liquor seu Solutio Mercurii sublimati, Hy-

**Drargyri muriatici corrosivi seu Muriatis Hydrargyri spirituosa sive alcoholica.** Van Swieten's Merkurial-Wasser. *Eau de VAN SWIETEN ou Solution de Muriate oxygéné de Mercure.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Grana sex. Solve in Spiritus Frumenti. Unc. duodecim. — Ph. Gallica Mercurii sublimati Grana octo in Spiritus Vini rectificati Unc. una semis solvi, et Aquae destillatae Unc. quatuordecim et semis addi praescribit. Quaeque Uncia hujus solutionis contineat Granum semis Mercurii sublimati. Spiritus Vini in hac solutione melius omittitur et ejus loco Aqua pura sumitur. (Conf. et Liquor syphiliticus, Mixtura mineralis, et Solutio Mercur. sublim. seu Muriatis Hydrargyri corrosivi.)

**AQUA TAEDAE v. Aqua Picis (p. 85.).**

**AQUA TALCI.** Talc-Wasser. *Eau de Talc.* — Parari fertur sec. Renniz calcinando Talcum cum Sulphure et miscendo residuum bene elutum atque fortiter candefactum cum sexta Salis Ammoniaci Parte, immittendo in lagena vitrea in vaporatorium, tum Talcum sponte partim solvi fertur (?), quem liquorum caute defundi suadent. — Ut cosmeticum adhiberi fertur. Praeceptum incertum.

**AQUA TANACETI.** Rainfarrn-Wasser. *Eau de Tanaisie.* — Ex Floribus uti Aqua Chamomillae (p. 56.) paratur.

**AQUA TARAXACI FERMENTATIONE PARATA.** Löwenzahn-Wasser. *Eau de Dent de Lion.* — Ex Planta tota recenti uti Aqua Cardui benedicti (p. 52.) paratur.

**AQUA TELEPHII seu Crassulae.** Donnerbart- oder Wundkraut-Wasser. *Eau d'Orpin.* — Uti Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

**AQUAE EX TEMPORE** — parantur concutiendo parvam Olei aetherici quantitatem cum Aqua destillata simplici, donec solutio saturata orta est. — Nonnulli Oleum aethereum antea in pauxillo Spiritus Vini solvi, vel cum Saccharo triturari praescribunt, ut facilius solvatur. — Aquae hoc modo paratae statim adhibenda sunt, quia mox acescunt.

**AQUA TENELLORUM CORNU CERVI v. Aqua Typhorum (p. 93.).**

**AQUA seu POTIO TEREBINTHINATA SWIAUFI.** Terpentin-Wasser oder Tranf. *Eau ou Potion de Térébenthine.*

Rec. Terebinthinae Venetae Libr. quatuor, Myrrhae Unc. unam. Tritura sensim, addens Aquae fontanae Libr. quatuor. Sepone et liquorum decantha, tum serva.

**AQUA CONTRA TERROREM ex SCHROEDERO.** Schref-Wasser. *Eau pour l'Epouvante.*

Rec. Flor. Lilio conv. Man. duos semis. Aflunde Vini generosi Libr. novem; post 14 dierum macerationem destilla ex bals. Mariae; producto admisce Cinnamomi Unc. duas, Cubeb. Unc. semis, Caryophyllor., Macid., Rad. Galang., Zinzib., Zedoar. et Croci aa Drachm. duas. Stent per aliquot dies, tunc adde Flor.

Lavend. Man. unum, Spic Nardi Man. semis; iterum stent per aliquot dies, et destillentur ex bals. Mariae.

**AQUA THERIACALIS BEZOARDICA** seu Chylostachma diaphoreticum Mysodereti, Ph. Augustana et Disp. Pragensis. Bezoardisches Theriac-Wasser. *Eau theriacale bezoardique.*

Rec. Rad. tormentillae, Gentianae, Dictamni albi aa Unc. duas, Rad. Vincetox. Unc. duas semis, Carlinae, Petasitid., Ostrutii, Angelic., Zedoar., Cort. Citri aa Unc. tres, Cort. mediani Sambuci rec., Fraxini rec. aa Manipes, Baccar. Juniper. rec. Libr. unam, Herb. Dictamni Cretic., Scordii, Chamaedr. aa Unc. unam, Ligni Santalini citrini Drachm. tres, Lign. Rhodii Drachm. duas. Inc. et cont. addantur Theriacae ANDROMACHI Unc. duae, Mithridati DEMOCRATIS Unc. una, Succ. Nuc. Jugland. immaturor., Limonum, Acetosae, Pimpinellae aa Libra una semis, Succ. Card. bened., Scordii, Rutae, Scabiosae, Hederae terrestr., Calendulae, Melissae aa Unc. octo, Succi Chelidonii, Galegae, Aceti Rubi idaei, Sambuci, rosati, aa Unc. quatuor, Acet. Rutae Libra una. Post trium dierum digestionem lento balnei calore liquor evocetur, in cuius media parte suspendatur Camphorae in nodulo sericeo ligatae Drachm. una, altera vero pars, pro iis, qui camphoram non ferunt, seorsim servetur.

**AQUA THERIACALIS CALIDA** Ph. Sardoae.

Rec. Rad. Angelicae, Contrajervae, Serpentariae, Virgin., Zedoariae aa Unc. unam, Theriacae ANDROMACHI Unc. sex, Aquae Scordii, Spiriti Vini rect. aa Libr. quatuor. Post 3 digestionis dies destillatio in bals. Aquae fere ad siccum fiat.

**AQUA THERIACALIS COMPOSITA** seu Aqua Scordii composita Ph. Wirtemb.

Rec. Rad. Angelicae, Valeriana, Cardopatiae, Ostrutii, Zedoariae aa Unc. unam, Herb. Rutae, Scordii aa Unc. unam semis, Cort. Citri rec. Unc. duas, Bacc. Juniperi Unc. unam, Theriacae ANDROMACHI Libr. semis, Aquae fontanae Libr. decem. Misce et proliciantur per distillationem Aquae Librae sex.

**AQUA THERIACALIS ROMANA** seu simplex Ph. Palatinae et Disp. Viennensis.

Rec. Succi Galegae, Acetosae, Scordii, Citri recent. aa Libr. sex, Theriacae ANDROMACHI Libr. semis. Digerantur per 24 horas, deinde per alembicum vitrorum lege artis Aqua destilletur.

**AQUA THERIACALIS SIMPLEX.**

Rec. Theriacae ANDROMACHI Unc. quatuor, Vini albi Libr. quinque. Abstrahantur Librae duae et semis. — Ph. Ferrariensis et BRUGNATELLI Theriacae Unc. unam in Aquae Libris quatuor solvi et destillando Libr. tres liquidi abstrahi praescribunt.

**AQUA THERIACALIS SPIRITUOSA** seu vinosa Ph. Parisiensis. Alcoholate theriacale.

Rec. Rad. Enulae, Angelicae, Cyperi, Zedoariae, Contrajervae, Imperatoria, Valeria-

nae silvestr., Viperinae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Flaved. Cort. Aurant. et Citri, Caryophyll., Cinnamomi, Rad. Galanga, Bacc. Juniperi et Lauri, Summit. Salviae, Anthos et Rutae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Spiritus Vini rectificati, Aquae Nucum  $\frac{1}{2}$  Libr. tres. Fiat maceratio per triduum, postremo dissolve Theriacae Unc. octo in totidem Unciae Spiritus Vini rectificati. Destilla sec. artem in baln. Mariae fere ad siccitatem. — Disp. Viennense Rad. Vincetox., Angelicae, Dictamni albi, Petasitidis, Gentianae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Carlinae, Contrajervae, Zedoar.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cort. Citri rec., Bacc. Juniperi  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Herb. Rutae, Scordii, Gallegae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Theriacae Libr. semis, cum Vini generosi Libr. sedecim per triduum infundi, deinde leni igne l. art. destillari praescribit. (Conf. etiam Spiritus Angelicae comp. et theriacalis.)

AQUA THYMI. Thymian-Wasser. *Eau de Thym.* — Ut Aqua Salviae (p. 88.) paratur.

AQUA TILIAE seu Florum Tiliae. Lindenblüthe-Wasser. *Eau de Fleurs de Tilleul.* — Ut Aqua Melissae (p. 77.) paratur.

$\dagger$  AQUA TOFANA sec. Coxe. — Solutio esse fertur Arsenici albi et Salis Tartari  $\frac{1}{2}$  Part. aequal. in Aquae Cymbalariae quant. indefinita (P.)

AQUA TORMENTILLAE. Tormentill-Wasser. *Eau de Tormentille.* — Ex Radice recenti uti Aqua Agrimoniae (p. 40.) paratur.

AQUA AD TORMINA INFANTUM ARGENTORATENSIS. Wind- oder Grummens-Wasser für Kinder. *Eau contre les Tranchées des Enfants.*

Rec. Aquae Menthae, Chamomillae  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Syrupi Papaveris erratici et Chamomillae  $\frac{1}{2}$  Unc. semis. Misceantur.

AQUA TRAUMATICA v. Aqua vulneraria (p. 97.).

AQUA TRAVEZII. — Solutio est Salis amari Unc. unius et Tartari emeticici Gran. semis in Aquae Libr. duabus.

AQUA DE TRIBUS ex SCHROEDERO. Wasser von drei Theilen. *Eau composée de Trois.*

Rec. Rad. Imperator., Angelic.,  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Hb. Chelid. maj., Rad. Zedoar, Petasit.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Pimpin., Dictamni albi, Valer., Carlin., Hirundinar., Contrajerv.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Hb. Dictamn. Cretic. et nostrat., Scordii, Rutae caprar. et hortens., Millefolii  $\frac{1}{2}$  Unc. semis., Bacc. Junip. Unc. unam semis. Conc. cont. superaffunde Spirit. Bacc. Sambuci quant. suff.; post aliquot septiman. maceracionem destilla ex baln. Mariae. Reaffunde spiritum in remanentiam et cohoba iterum. Serva per se vel cum Camphora mixtum. — Ad parandam MIXTURAM SIMPLICEM sive SPIRITUM DE TRIBUS. 1) Rec. Myrrae Unc. duas semis, Opopanaxis, Galbani, Castorei  $\frac{1}{2}$  Unc. semis. Superaffunde Spiritus modo obtenti quant. satis, digere per 8 dies, tunc filtra. 2) Rec. Opii Thebaici Unc. unam semis, Nuc.

Moschat. N° quinque, Croci Unc. duas et Spirit. descripta methodo parati quant. sat. Digere per octo dies et filtra. 3) Rec. Baccarum Paridis rec. quant. vis. Affunde Spiritus supra memorati suff. quant., extrahe colorem et filtra. Misce Tincturas obtentas. Denique Rec. Tincturam hujus Unc. quinque, Spirit. Vini tartarisati Unc. tres et Spiritus Vitrioli Unc. unam. Misce. — Compositio haec repugnans, multiplex et indefinita tanquam panacea praecipue in febribus laudabatur.

AQUA TRISTANTIS SCHROEDERI. Wasser wider die Traurigkeit. *Eau contre la Tristesse.* Rec. Nuc. Moschatar. Libram unam, Macid., Rad. Zingiberis, Gran. Paradisi, Caryophyll.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Castorei, Spicae Nardi  $\frac{1}{2}$  Unc. semis. Conc. cont. digerantur cum Spirit. Vini rect. Libr. quatuor per 24 horas, deinde destillent. ex baln. Mariae. Spiritus elicitus reaaffundatur in remanentiam et cohobetur iterum.

AQUA TUNICAE seu CARYOPHYLLORUM FLORUM. Nelkenblumen-Wasser. *Eau d'Oeillets rouges.* — Ex Floribus recentibus odoratissimis uti Aqua Tiliae (p. 93.) paratur.

AQUA TYPHORUM seu TENELLORUM CORNU CERVI COMPOSITA Ph. Helvet. et Wirtemberg. Zusammengesetztes Hirschholzen-Wasser. *Eau de Typhes de Cerf composée.*

Rec. Typhorum Cervi succulentorum Libr. duas semis, Rad. Paoniae Unc. unam, Herb. Melissae, Flor. Borragin., Buglossi, Anthos, Tunicae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam semis, Rosarum Unc. semis. Inc. affundantur Vini albi spirituosi Libr. duodecim. Destillentur leni igne ad Dimidiis. — SPIELMANNUS ad AQUAM TENELLORUM CORNU CERVI KALDE Rad. Scorzoner., Zedoar.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Cinnamoni Unc. semis, Ligni Aloës, Cassiae ligneae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Nuc. Moschat., Macid.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Flor. 4 cordial. Unc. unam, Lavendul. Unc. semis, Typhor. Corn. Cervi Unc. decem cum Vini Malvatici Unc. sexaginta et Spirit. Vini Gallic. Unc. triginta sex infundi et destillari praescribit.

AQUA TYPHORUM CERVI SIMPLEX. Einfaches Hirschholzen-Wasser. *Eau de Typhes de Cerf simple.*

Rec. Cornua Cervi recentia succulenta. Concidantur in frustula, et ad Libr. unam addantur Libr. tres Vini generosi; destillentur ex baln. Mariae ad Dimidiis.

AQUA ULMARIAE. Geißbart-Wasser. *Eau de Reine de Prés.* — Ex Floribus recentibus uti Aqua Tiliae paratur.

AQUA URTICAE. Brennnessel-Wasser. *Eau d'Ortie.* — Ut Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

AQUA VALERIANAE. Baldrian-Wasser. *Eau de Valeriane.* — Ex Radice siccata concisa uti Aqua Cinnamomi (p. 59.) paratur. — Ex una autem Radicis

quatuor Aquae Partes destillando elici oportet et Oleum aethereum secretum separandum. — Liquor aqueus, vix opalescens, odore penetrantissimo valerianino, uti et sapore; chartam coeruleam laccae musicae rubram reddit. — Solutio est Olei aetherei et Acidi valerianici (p. 26.) in Aqua. — *Vis*: Radicis, praecipue excitans, nervina, antispastica.

Aqua parum odora vel turbida, floscosa removeatur.

*Usus*: Per se pura vel in mixturis cet. adhibetur.

**AQUA VALERIANAE COMPOSITA sec. PIDERIT.** Zusammengesetztes Valerian-Wasser. *Eau de Valeriane composée.*

Rec. Rad. Valerianae Unc. novem, Lestivici Unc. tres, Hb. Pulegii Unc. duas, Sabinae Unc. unam, Aquae fontan., Spiritus Vini  $\frac{1}{2}$  Libr. octo. Digerantur per biduum et distillentur Librae octo. — In affectibus hystericis, spasticis et convulsivis, in mensium ataxia et hypochondriacarum flatulentia commendatur.

**AQUA VANILLIAE SIMPLEX sec. MAYR.** Vanille-Wasser. *Eau de Vanille.* — Ex Vanillae concisae Libra una, Ciner. clavell. depur. Unc. tribus et Aquae fontan. Libr. duodecim digerendo per 24 horas, et deinde destillando obtinetur. — Obtinebis autem Aquam satuam, vix odoram, unde praeceptum ineptum!

**AQUA VANILLIAE SPIRITUOSA sec. MAYR.** — Miscella est Aquae Vanilliae simplicis Part. duarum et Spiritus Vanigliae Partis unius. — Quod de precedenti judicabatur, non minus de hac valet.

**AQUA VARIOLOSA DOLAEI.** Pofen-Wasser. *Eau contre les Varioles.*

Rec. Rad. Contrajerv., Scorzoner., Foeniculi  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Hb. Scordii, Scabiosae, Flor. Trinitatis, Aquileg., Calendul., Bugloss., Vialar.  $\frac{1}{2}$  Man. semis, Rasur. Cornu Cervi Drachm. sex, Gummi Laccae Drachm. duas, Sem. Aquileg. Unc. semis. Infunde et destilla cum suff. quant. Decociti Lentillii l. art.

**AQUA VEGETO-MERCURIALIS PRESSAVINI.** Pressavini's Mercurial-Wasser. *Eau vegeto-mercurelle de PRESSAVIN.*

Rec. Mercurii praecipitati fusi quantum vis. Solve in Aceto puro fortis, et praecipita cum Oleo Tartari per deliquium. Pulverem sedulo edulcoratum misce cum pari Pondere Cremoris Tartari et coque cum Decuplo Aquae destillatae ad solutionem; deinde filtra. (Conf. et Mercurius tartarisatus.)

**AQUA VEGETO-MINERALIS GOULARDI.** Goular-disches Wasser. *Eau végéto-minérale de GOULARD.*

*Synon.*: Aqua saturnina seu Saturni, Aqua plumbica seu Plumbi, Aqua Lithargyri seu Lithargyri acetati composita, Aqua seu Solutio Aceti Saturni seu Subacetatis Plumbi, Aqua Acetatis Plumbi, Subacetatis plumbicus seu Lithargyri dilutus cum Alcoholi seu alcoholisatus sive compositus, Liquor Plumbi Subacetatis dilutus seu Acetatis Plumbi, Tinctura plumbosa. *Goulard's Bleiwasser. Eau de Plomb, Vinaigre de Plomb tenu, Hydrolé d'Acetate de Plomb alcoolisé.*

Rec. Extracti Saturni Unciam semis,

Spiritus Vini simplicis Unciam unam,

Aquae fontanae Libras duas.

Misce. — Aqua turbida, alba; mox sedimentum album deponit, quod in usu conquassando sursum agitari debet. — *Part. const.* ex descriptione patent. — Sedimentum album plerumque praecipue ex Plumbo carbonico, cum Plumbo sexta parte aceticō (v. Cerussa I. p. 31.) constat. — *Vis*: exsiccans, antiphlogistica, discutiens inflammations.

*Usus*: Externe solummodo applicatur.

Plures Pharmacopoeiae, quoad rationem Partium constituentium, in hac aqua saepius discrepant. Nostra cum Ph. Wirtemb., Rossica, Disp. Fuldensi, Piderit et Ph. Suecica congruit, nisi quod priores Aquae fontanae loco Aquam destillataum prescribunt, posterior Aquam pluvialem sumi jubet. — Ph. Borussica, Fennica, Gallica, SPIELMANNUS duas Spiritus Vini rectificati Uncias sumi proponunt — Ph. Slesvico-Holsatica easdem quantitates, sed Aquae fontanae loco Aquam destillatam prescribit. — Ph. Batava pariter easdem proportiones, sed Spiritum Vini simplicem et Aquam destillatam praescribit. — Pharm. quoque Hanoveranae, Oldenburgic., Polonic., Parmensis et Disp. Lippiaci formula cum hac congruit, Spiritum Vini autem omittit. — Ph. Bavariae vigesimam quartam, et Ph. Saxonica duodecimam Extracti Saturni Partem in Aqua destillata solvi proponunt, Spiritum Vini pariter

omittunt — et RATER octavam Extr. Saturn. Partem praescribit, — Ph. Hassiae El., uti nos, vigesimam quartam Extracti Saturni Partem cum Aqua communis commisceri proponit et insuper tantum Spiritus Vini rectificati addi, — Disp. Brunsvic. Extr. Saturn. Drachm. semis et Spirit. Vini Gallici Drachm. unam cum Aq. font. Unc. octo, — Ph. Danica Aquae destillatae Libr. duas cum Spirit. Vini Unc. semis et Acet. Saturn. Unc. una, — Ph. Hispan. Acet. Saturn. Drachm. unam et Spir. Vini rectificatissimi Drachm. duas cum Aq. destill. Libr. una, — Ph. Lusitanica Sacchari Saturn. Unc. semis, Acet. Vini Unc. quatuor cum Aq. destill. Libr. duabus, — Ph. casta. Ruthen. Extr. Saturn. Scrup. quatuor, Spirit. Vini et Aceti ad Drachm. unam cum Aq. Libr. una, — Ph. Herbiopolit. Extr. Saturni et Spirit. Vini ad Unc. unam cum Aq. font. Unc. triginta sex, — VAN MONS cum Unc. triginta duabus, — Ph. Lond. Aceti Saturn. et Spirit. Vini ad Fluiddrachm. unam cum Aq. destill. Octario uno, — Ph. Dublin. Extr. Saturn. et Spirit. Vini ad Drachm. duas, cum Aq. destill. Libr. duabus — et Ph. Belgic. Extr. Saturn. Part. sex et Spir. Vini Part. sedecim cum Aq. Part. centum et nonaginta duabus misceri praescribit. (Conf. etiam Aqua saturnina p. 89.)

AQUA VEGETO-MINERALIS BELLII seu Solutio Plumbi Acetatis crystallisati fortior cum Aqua vegeto-minerali. Ph. Lusitan. et castrens. Ruthenae congruit.

AQUA VEGETO-MINERALIS PLENCKII. — Solutio est Extr. Saturn. Drachm. unius in Aquae fontanae Unciis viginti quatuor.

AQUA VELTHEIMIANA ex SCHROEDERO. Veltheimisches Wasser. Eau de Veltheim.

Rec. Cinnamomi, Caryophyllor., Cubebar., Nuc. Moschatar., Rad. Galangae, Zinziberis, Cardamomi, Mastichis, Ladani, R. Zedoariae, Cort. Citri, Aloës, Olibani, Bacc. Lauri, Hib. Melissae, Menthae crisp., Majoranae, Matriariae, Carvi, Origanii, Pulegii, Salviae, Chamaepithyos, Chamaedrys, Rad. Filic., Caryophylatae, Flor. Anthos, Lavend., Chamomilli., Rosar. albar. et rubr., Paoniae, Sambuci, Cheiri, Stoechad, Arabic., Lign. Sassafras, Sem. Anisi, Anethi, Piperis longi et nigri, Croci ad Drachm. duas. Conc. cont. infuse cum Spirit. Vini Gallie. Libr. sex et adde Moschi et Ambrae ad Gran. tria in petia ligata. Tunc destillentur. Edulcoretur Destillatum pro lubitu cum Saccharo.

AQUA VERBENAE. Eisenkraut-Wasser Eau de Verveine. — Uti Aqua Lactucae (p. 72.) patratur.

AQUA CONTRA VERMES HOFFMANNI ex JUNGEN. Wurm-Wasser. Eau contre les Vers.

Rec. Rad. Gentian. Unc. quatuor, Zedoar. Unc. duas, Herb. Tanacet., Absinth., Cent. min., Scordii, Fol. Persic., Hib. Rutae, Abrot., Sabin., Card. bened. ad Man. tres, Corallinae Man. unum, Sem. Cinae Unc. unam, Cort. Aurant. Unc. duas. Destillent cum suff. Aquae

quantit. et ex remanentia fiat Extractum, quod in Aqua destillata solvendum.

AQUA VERONICAE. Ehrenpreis-Wasser. Eau de Véronique. — Pari modo atque Aqua Verbena obtinetur.

AQUA VERONICAE CUM VINO seu vinosa Ph. Wirtemb.

Rec. Hb. recent. Veronicæ florantis Libr. tres, Vini albi Libr. octo. Postquam per aliquot dies ad incipientem usque fermentationem loco temperato steterunt, destillentur lento igne ad Dimidias. — Ph. Helvetica 12 tantummodo horas digeri praescribit et Disp. Bruns v. et SPIELMANNUS digestionem omittunt.

AQUA VESTALIS. Vestalischæ Wasser. Eau Vestale. — Obtinetur destillando supra Sem. Dauc. silvestr. et Cretic. cum Oleo de Cedro et Ambra sufficientem quantitatem Spiritus Vini.

AQUA VIBURNI v. Aqua Opuli (p. 83.).

AQUA DE VICHY seu mineralis de Vichy artificialis. Eau de Vichy.

Rec. Aq. acidul., reapse Gas acid. carbon., dupl. mensuram prægnantem, quantum opus erit. Solve pro Aquæ istius Unc. viginti et semis, Salis Soda Gran. viginti duo, Salis mirabilis Glauberi Gran. sedecim, Sal. communis Gran. quatuor, Magnes. albae Gran. semis, Ferri muriat. Grani Part. quadrantem. Solve et digero. Serva in frigidario.

AQUA VIENNENSIS v. Aqua laxativa Viennensis (p. 73.).

AQUA VINOSEA. Weiniges Wasser. Eau vineuse Pharm. nosoc. mil. Argent. — Mixtio est Vini alb. Part. unius cum Aquæ Part. tribus.

AQUA VIOOLACEA BAUMÉ. Violenmurzel-Wasser. Eau de Violettes BAUME.

Rec. Rad. Iros florent. conc. Unc. quatuor, Spirit. Vini rectif. Unc. duas et tringita. Infundantur per 2 septimanas. Tinctura ita obtenta in usum trahatur.

AQUA VIOLARUM FLORUM seu Florum Violarum. Violets- oder Weilchen-Wasser. Eau de Fleurs de Violette. — Uti Aqua Tiliae (p. 93.) paratur.

AQUA VIRIDIS HARTMANNI sec. SPIELMANN. Hartmanns grünes Wasser. Eau verte de HARTMANN.

Rec. Sulphuris vivi, Aluminis crudi, Viridis Aeris ad Drachm. unam, Albi graeci, Summitatum Sabinæ ad Drachm. semis, Flor. Sambuci Drachm. unam, Flor. Hyperici, Herb. Anthos, Rutae, Plantaginis, Salviae, Pulegii ad Pug. duos. Inc. et cont. coquuntur cum Vini et Aquæ ad Unciis duodecim, ad consumtionem quartae Partis; addantur Mellis rosati Drachm. duae.

AQUA VIRIDIS HARTMANNI EMENDATA, vel potius PLATERI sec.

Dispens. Lippiacum et Reuss.

Rec. Aeruginis, Aluminis usci ad Gran. quindecim, Mellis despumati Drachmam unam, Vini Gallici Unciam unam semis. Misceantur.

AQUA VIRIDIS seu Collyrium viride SCHROEDERI. Schröders grunes Augen-Wasser. Eau verte de SCHROEDER.

Rec. Aeruginis pulv. Drachm. duas, Auri-pigmenti alcoholisati Drachm. unam, Aquae Rosarum albarum et Plantaginis, Vini albi  $\frac{1}{2}$  Unc. tres. Miscentur, ebulliant semel, tunc servetur liquor absque colatura. — Medicamentum anceps, quod vix adhiberi licet. — Sec. alias praescriptionem Tutiae praep. Unc. duas et Myrrhae elect. Drachm. unam semis, cum Vini albi Rhenani, Aquae Plantaginis et Rosarum rubrarum  $\frac{1}{2}$  Unc. tribus ad tertiae Partis consumptionem coqui, sub finem in petia ligatis addi Camphorae Grana sex et Aeruginis Scrupul. unum; postea colari praescribit.

AQUA VIRIDIS sec. WICH.

Rec. Vitrioli coerulei et albi uti et Aeruginis  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Libr. duabus, ad colat. Libr. unius. — Præcipue contra perniores cet. commendatur.

AQUA VIRTUTIS AD EXTRA AD COR ex SCHROEDERO. Künstliches Herz und Pulst-Wasser. Eau de Vertu cordiale.

Rec. Herbae Anthos, Melissae, Majoranae, Carvi, Pulegii, Flor. Borragini, Buglossi  $\frac{1}{2}$  Man. unum, Flor. Lavend. Man. semis, Rosar. rubrar. Manip. duos, Flav. Cort. Citri Unc. unam, Cydonior. Drachm. semis, Ligni Rhodi  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Santali albi et citrini  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam semis, Nardi Indici et Celtici  $\frac{1}{2}$  Scrup. duos, Nuc. Moschat., Caryophyllor., Cinnamomi  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam semis. Cone., cont. affunde Aquae Rosar. et Pulegii, Spirit. Vini Gallic.  $\frac{1}{2}$  Libr. semis, Vini quant. satis. Destillent in baln. Mariae, in proboscide alem-bici suspensa Moschi in petia ligati Grana sex. Liquori elicto adde Specier. Diamoschi et Diambrae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam semis. Serva.

AQUA VIRTUTUM ex SCHROEDERO. Kraft-Wasser. Eau de Vertu.

Rec. Cinnamomi opt., Gran. Paradisi  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Nuc. Moschat., Caryophyll., Rad. Zinziber.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Macid., Rad. Galang.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Hb. Salviae Unc. sex. Affunde Vini Rhenani Libr. sex vel plus. Post 24 hor. macerat, destilla.

AQUA VISCERALIS MAUCHARTI. Maucharts Magen-Wasser. Eau viscerale de MAUCHART.

Rec. Rad. recent Symphyti majoris, Liquiritiae, Fársarae  $\frac{1}{2}$  Unc. quinque, Herbas rec. Bugulae, Chaerfolii, Heder. terestr., Hyperici florent., Plantagin. minor., Scabiosae, Veronicæ  $\frac{1}{2}$  Man. quatuor, Sem. Anisi stellat. Drachm. sex, Macid. Drachm. unam, Mastich. electae Drachm. tres, Cancros fluviales viventes N° triginta, Pulmonem Vituli recens mactati. Inc. superaflundant Aquae Buglossi, Chaerfolii, Hederae terrestris, Veronicæ  $\frac{1}{2}$  Libra una semis. Destillent per baln. Mariae, atque Librae quatuor liquoris eliciantur.

AQUA VITAE seu Aqua Vitis = Spiritus Vini; præcipue Spiritus Vini Gallicus hoc nomine intelligitur.

AQUA VITAE sec. Reuss. Lebens-Wasser, Aquavit. Eau de Vie, Liqueur.

Rec. Vini Cydonior. Mens. unam, Spirit. Cerasorum Mens. semis, Sacchar. albi Unc. sex, Cinnamomi Unc. semis Caryophyllorum, Nucl. Persicor. et Cort. Citr. rec.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas. Misce, digere leni calore, tunc colla. — Vis: stomachica, carminativa.

AQUA VITAE ABSINTHII. Wermuth-Liqueur. Extraite d'Absinthe.

Rec. Herb. Absinth. Unc. quatuor, Hb. Hypsop. Unc. tres, Seminis Anisi Unc. duodecim, Foeniculi Unc. quatuor, Coriandri Unc. tres, Cort. Aurant. Unc. duas, Rad. Calami Unc. unam semis, Spirit. Vini rect. Libr. viginti duas. Destilla I. art. et dilue e. Aq. commun. quantit. sufficiente. Pro lubitu Saccharo dulcis redditur.

AQUA VITAE CAMPHORATA cet. v. Spiritus.

AQUA VITAE COFFEAE. Kaffee-Liqueur. Eau de Vie de Café.

Rec. Semini Coffeae leviter tostæ et pulvrate Unc. tres. In prelo Realiano compressæ, extrahantur Spirit. Vini Gallic. Libr. quatuor. In liquore solve Sacchari albi Unc. novem.

AQUA VITAE GERMANICA v. Spiritus et Tinctura purgans.

AQUA VITAE MULIERUM BOECKLERI. Weib-Wasser-Aquavit. Eau de Vie pour les Femmes.

Rec. Rad. Irees flor., Zedoarie, Calami aром.  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Caryophyllor., Cinnamomi, Granor. Paradisi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Sem. Anisi Unc. sedecim, Foeniculi, Papaveris albi, Cumini  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Spirit. Vini Libr. sex. Post 8 dierum digestionem destillentur lege artis. Liquori destillato addantur Sacchari albisci. Unc. quat. aquarum. Liquor filtratus servetur. (Conf. etiam Aqua embryonum p. 64.)

AQUA VITAE SAPONACEA RICHARDI. Richards Seifenspiritus mit Kampher. Esprit de Savon de RICHARD

Rec. Sapon. Venet. Unc. unam. Solve in Spirit. Vini camphorati Unc. sedecim. (Conf. etiam Balsamum seu Linimentum saponaceum et Solutio seu Tinctura Saponis camphorata)

DE AQUA VITAE seu Vitis conf. etiam Aqua Clareta (p. 60.), Florum omnium (p. 66.), divina (p. 64.), Elixir, Ratasia, Spirit. et Tinctura.

AQUA VITIUM LACRYMAE seu Lacrymae Vitis. Thränen-Wasser, Reben-Wasser. Pleurs de la Vigne. — Verno tempore, ex vitiū ramulis vulneratis effluens, colligitur in lagenis suppositis. — Liquor aqueus, inodorus et insipidus. Aqua pura fere est, minimam quantitatē Acidi malici, Saliū malicorum et tartaricorum et materiae albuminosae continens. Brevi tempore mox mucescit. — Pro antiphlogistico et ophthalmico passim habetur.

AQUA VITRIOLICA SUCORUM Ph. militaris. Solutio Sulphatis Zincii. Weisses Vitriol-Wasser. Eau de Vitriol blanc. — Solutio est Vitrioli albi Drachm. unius in Aq. destillatae Libra una. (De Aqua vitriolica seu Vitrioli albi sive Zincii v. etiam Aq. ophthalmica adstringens p. 81.).

AQUA VITRIOLI seu VITRIOLICA COERULEA LONDINENSIMUM. Blaues Vitriol-Wasser.

*Eau vitriolique bleue sec.* SPIELMANN. — Solutio est Vitrioli coerulei Part. trium, Alumin. Part. duarum in Aquae Part. duodeviginti et Ol. Vitrioli Part. duabus (v. et Aqua ophthalmica [p. 82] et Aqua styptica p. 91.).

AQUA VITULINA v. Jus.

AQUA DE LA VRAILLIÈRE v. Aqua de Mad. DE LA VRAILLIÈRE (p. 76.).

AQUA VULNERARIA v. etiam Aqua Calcis vulneraria (p. 51.).

AQUA VULNERARIA Pharm. Wirtemberg. Wund-Wasser. (Gallis *Eau d'Arquebusade* dicitur.)

Rec. Herb. rec. Agrimon., Alchemill.  $\frac{1}{2}$  Manip. duos, Aristoloch., Artemis.  $\frac{1}{2}$  Man. quatuor, Bellid. major. et minor., Betonic., Bugloss.  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Consolid. saracenic. Man. quatuor, Foenic., Hyperic., Plantag., Sanicul.  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Salviae hort. Man. quatuor, Scrophular., Verben.  $\frac{1}{2}$  Man. duos, Vin. spirit. Libr. quadraginta. Post aliquot dierum digestionem, donec fermentare paululum incipiat, destilla ad Dimidiis. — Disp. Brunsiv. Herb. Betonic., Heder. terrestr., Artenis., Millefolii  $\frac{1}{2}$  Unc. quindecim, Salv., Angelic., Tanac., Absinthii  $\frac{1}{2}$  Unc. decem, Arotani, Foenic., Menth., Hyssopi, Nicot.  $\frac{1}{2}$  Unc. octo, Rutae, Chamom., Scord., Major., Anthos  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Summit. et Flor. Lavend., Origan., Calaminth.  $\frac{1}{2}$  Unc. sex, cum Vini generosi Libr. sexaginta septem per 4 dies macerari, postea ad Dimidiis destillari praescribit.

AQUA VULNERARIA, Sclopetaria (sive traumatica) aromatica Ph. Parisiensis, Wirtembergicae cet., Aqua vulneraria vinosa seu spirituosa, (et aquosa) Aqua Catapultarum, Alcohol Salviae vulnerarium seu poly-aromaticum. Geistiges oder aromatisches Wund-Wasser. *Eau vulneraria ou Arquebusade de LEMERY.*

Rec. Rad. Symphyti majoris, Herbae ejusdem et Symphyti minoris (quam Ph. Wirtemb. omittit), Bellid. majoris et minoris, Bugulae, Saniculae et Betonicae, Scrophular. major., Plantaginis, Agrimoniae, Hyperici cum Floribus, Vincas per Vincas, Hederae terrestr., Artemisiae, Veronicas, Verbenae, Telephii major., Millefolii  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Herb. cum Summitat. Salviae-min., Angelicæ, Tanaci hortens., Absinthii vulg. majoris et minoris, Saturejae, Chelidonii, Foeniculi, Aristolochiae Clematid., Menthae, Hyssopi, Nicotianae  $\frac{1}{2}$  Unc. octo, Herb. cum Summit. Basilici, Rutae, Thymi, Chanomillæ, Scordii, Majoranae, Anthos., Virga aurea  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor. Conc. miscantur, tum adde Summitat. Lavendul. floridar. et siccatae. Libr. unam, Origani, Calaminthæ, Flor. Sambuci  $\frac{1}{2}$  Unc. sex. Post justam macerationem in Vini albi Libr. sexaginta destilla ad Medias in balneo Mariae. — SPIELMANNUS Herb. Bellidis, Vinc. per Vinc., Hed. terrestr., Salviae, Angelic., Tanaci, Chelid. major., Rutae, Chamom., Scord., Majoran., Anthos., Summit. et Flor. Lavend., Origani et Calaminthæ omittit, contra autem praeterea Herb. Bupthalmi, et Centaur.

min. praescribit, ceterum in summa rei cum praecedente formula congruit. — AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA ex iisdem Vegetabilibus obtinetur, si Vini loco Spiritus Vini Gallicus sumitur. — AQUA VULNERARIA NON SPIRITUOSA seu AQUOSA obtinetur, si Vini loco Aqua fontana sumitur et abstrahitur. — Ph. Gallica ad AQUAM STILLATITIAM DE HERBIS quas dixerunt VULNERARIIS Specier. vulnerar. P. unam cum Aquae P. decem infundi et Part. quatuor abstrahi praescribit. — HENRY et GIBOURT ad Aquam VULNERARIAM AQUOSAM, *Eau vulneraire à l'Eau, Hydrolat de Labées composé*, Flor. Lavend. rec., Summitat. rec. Basilic., Calaminth., Hysop., Majoran., Meliss., Menth. pip., Origan., Anthos., Saturejae, Salviae, Serpylli, Thymi, Absinth., Tanacet., Herb. Angelic., Foenicul., Rutae  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, cum Aquae Libr. sedecim ad Libr. octo destillari proponunt.

AQUA VULNERARIA ACETOSA seu cum Aceto, Acidum aceticum dilutum et vulnerarium FERRARINI eadem fere compositione est, nisi quod Aquae loco Acetum Vini forte praescribit. — Ph. AUSTRIACO-PROVINCIALIS Herb. Cerefolii, Pimp. albae, Consolid. sarac., Salviae, Artemisiae, Calaminthæ, Rutae, Hyssopi, Serpylli et Flor. Chamom.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis cum Aceti Vini Libr. octo destillari praescribit, donec Libr. sex elicita sint.

AQUA VULNERARIA BAUMÉ.

Rec. Herb. recent. Salviae, Angelicæ, Absinthii, Saturejae, Foeniculi, Menthae, Hyssopi, Melissæ, Ocimi, Rutae, Thymi, Majoranae, Anthos., Origani, Calaminthæ, Serpylli, Flor. Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor. Conc. infundatur per nycthemerum cum Spirit. Vini rectificati Unc. centum octo et viginti.

AQUA VULNERARIA seu Sclopetaria sec.

GRAY.

Rec. Herb. Anthos Libr. unam semis, Summitat. Millefolii, Thymi  $\frac{1}{2}$  Libr. semis, Spirit. Vini Congios duos. Destillet Congius.

AQUA VULNERARIA ALBA DIPPELLI v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

AQUA VULNERARIA CAMPHORATA v. Aqua vulner. mineralis PLENCKII.

AQUA VULNERARIA CICUTAE.

Rec. Aquæ Cicutæ Unc. duodecim, Myrrhae Scrupul. unum, Extr. Cicutæ et Mellis Chelidonii  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Misce.

AQUA VULNERARIA MERCURIALIS PLENCKII.

Rec. Aquæ Rosarum Unc. sex, Solutionis Mercurii dulcis Unc. unam, Mellis rosati Unc. semis. Misce. — Praeceptum ineptum.

AQUA VULNERARIA MINERALIS PLENCKII,

AQUA VULNERARIA CAMPHORATA seu vulneraria vegeto-mineralis Pharm.

Herbipolit.

Rec. Camphoræ Unc. tres. Subactis Spiritus Vini Unc. una, sensim sensimque adjicatur Saccari Saturni Drachm. semis, dissoluta in Aquæ fontanae Unc. quadraginta quatuor. Miscantur et usus tempore probe concutiantur

## 98 AQ. VULNERARIA PIDERITI — AQ. VULNERAR. VINOSA.

liquor. (V. et Aqua saturnina camphorata p. 89.)

**AQUA VULNERARIA PIDERITI** ex Spiritus Vini rectificatissimi Libr. tribus, Ol. Vitrioli Unc. una semis, Succ. Fol. Quercus Libr. una semis, Succ. Hb. Acetosae Libra una et Millefolii Libr. semis constat. — **TINCTURA SYMPATHETICA KAEMPF.** fere eadem compositione est (vid. porro Aqua vulneraria THEDENI).

**AQUA VULNERARIA PLENCKII** sec. BORIES.

Rec. Aquae Calcis Libr. unam, Fuligin. ardent. forn. Unc. unam, Cerussae Unc. semis. Coque per semihoram et adde Ol. Myrrae Unc. semis.

**AQUA VULNERARIA ROMANA** seu del Cacerato di Roma sive Aqua vulneraria CLEMENTINA seu LAUDINI v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

**AQUA VULNERARIA RUBRA** DIPPELLI v. Liquor vulnerarius mineralis.

**AQUA VULNERARIA RUBRA SPIRITUOSA GALLORUM**, Tinctura aromatico composita usitatissima. Rothes Wund-Wasser. *Eau rouge.* — Eadem est compositione atque Aqua vulneraria BAUMÉ. Admiseratur autem porro Herbis supra memoratis per pondus Summitat. florent. Hyperici et superafundantur species ex Uncia una singulorum vegetabilium duabus Spiritus Vini rectificati Libris. Marentur per 8 dies, tunc colentur cum expressione absque destillatione. — Formulaire à l'usage des hopit militaires de France Spec. arom. Part. unam cum Spir. Vini simpl. Part. quatuor semis per octo dies dixerit, tunc exprimi, residuo iterum Spirit. Vini per pondus superafundit, dixerit, exprimi et liquores commixtos filtrari proponit.

**AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA** Ph. Gallicae, quea Alcoolatum vulgo dicitur vulnerarium, *Eau vulneraire spiritueuse.* — Cum Aqua vulneraria BAUMÉ fere congruit; differt solummodo eo, quod praeter supra memorata vegetabilia candens quantitatem Herbae Tanaceti, Hyssopi, Chamomill. Romanæ prescribit, Herbas Saturejae, Basilici, Rutae et Serpilli autem omittit.

**AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA** seu Alcohol Salviae compositum Ph. Hispan.

Rec. Herb. Beton., Agrim., Artemis.  $\frac{1}{2}$  Libr. unam, Herb. cum Summit. Salv., Hyperici, Tanaceti, Absinthii, Menthae  $\frac{1}{2}$  Unc. octo, Scordii, Majoran., Anthos., Lavend.  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor. Conc., diger. p. 4 dies in Vini albi Libr. triginta duabus. Destilla in baln. aquoso ad Dimidiis.

**AQUA VULNERARIA THEDENI** seu ACIDA, Aqua Sclopatoria sive traumatica vegeto-mineralis THEDENI, Aqua THEDIANA, Liquor vulnerarius BILGUERI, vel potius THEDENI, Mixtura vulneraria acida. Thedens Wund- oder Schuß-Wasser, Thedens Arquebusade-Wasser.

ser. *Eau d'Arquebusade de THEDEN,* sec. Ph. Wirtembergic. et Disp. Lippiacum.

Rec. Aceti Vini puri, Spiritus Vini  $\frac{1}{2}$  Unc. triginta sex, Spiritus Vitrioli Unc. decem, Sacchari albi Unc. duodecim. Misce, digere per 8 dies leni calore, deinde filtra. — **SPIELMANNUS** Aceti loco Aquami Acetosae sumi praescribit, quae formula vera esse fertur. — Piderit autem melius Succum Acetosae pronit. — **HENRY ET GUIBOURT** formula ad *Alcoolé sulphurique oxalidé* cum hac fere congruit. — Plures Pharmacopoeæ recentes, quoad proportionem, in hac compositione discrepant. Sic Ph. Austriaica, Borussica, Hanoverana, Ph. Hassiae et Polonica, Saxonica et Slesvico-Holsatica Aceti Libr. tres, cum Spirit. Vini rectificati Libr. una semis, Spiritus Vitrioli Unc. sex et Mellis despumati Libra una commisceri præscribunt. — Disp. Fuldense Aceti Vini et Spirit. Vini rect.  $\frac{1}{2}$  Libr. quatuor cum Sacchari albi Unc. duodecim et Spirit. Vitrioli Unc. decem misceri proponit. — Ph. Ferrarensis Aceti et Spirit. Vini  $\frac{1}{2}$  Libr. duas et Spirit. Vitrioli Unc. quatuor præscribit. — **VAN MONS** Spir. Vini et Aceti  $\frac{1}{2}$  P. quatuor cum Mellis P. una commisceri proponit.

**AQUA VULNERARIA ULMI.** Rec. Vini albi generosi, Aquae Rosar. opt.  $\frac{1}{2}$  Libr. duas, Aquae Foenic., Rutae, Chelidoni  $\frac{1}{2}$  Libr. unam, Croci Metallorum, Tuttiae ppiae  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Caryophyll., Aloës, Sacchari Candi  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Camphorae Unc. semis. Liquores coniice in vas amplum vitreum, postmodum inde omnia reliqua Simplicia subtiliter trita; tum vas soli per plures dies exponatur, saepius illud, ex intervallis, commovendo. Aqua sic in usum asservetur, diuturna futura, si modo pulveres adjecti non eximantur.

**AQUA VULNERARIA VINOSA** seu spirituosa simplicior Ph. Wirtemberg.

Rec. Herbae recentis Hyssopi, Salviae, Menthae crisp., Anthos  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Flor. Anthos, Lavendulae  $\frac{1}{2}$  Unc. unam. Conc., cont. infundantur Spiritus Frumenti Libr. decem. Digerantur per 24 horas, deinde abstrahatur Spiritus, quamdiu limpidus transit. — *Vis:* ex nomine patet. — Pharm. Austriaica Flor. Lavendulae, Herb. sicc. Hyssopi, Melissae, Menth. crisp., Origan., Anthos, Rutae, Salviae, Serpilli  $\frac{1}{2}$  Unc. unam cum Spirit. Vini rect. Unc. decem et Aq. fontan. Libr. duodecim per 24 horas dixerit, tunc Libr. decem abstrahi præscribit. — Ph. Borussica Herb. sicc. Salviae, Absinthii, Menth. pip., Rutae, Anthos, Flor. Lavendul.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas cum Spirit. Vini rectificati Libr. una semis et sufficiente Aquae quantitate per 24 horas macciari, tunc Libras sex destillando elici præscribit. Aqua hoc modo obtenta turbida, oleosa est. — Ph. Hannoveran. et Ph. Hassiae et El. Vegetabilium designatorum  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor

cum Spirit. Vini rect. Libris sex et Aq. suff. quant. per 24 horas macerari, tunc Libr. duodeviginti destillando elici jubent. — Ph. Slesvico-Holsatiae formula cum hac concurrunt, nisi quod Flores Lavendulae recentes sumi proponit. — Ph. Saxonica duodecim solummodo Libras ex eadem quantitate substantiarum designatarum abstracti praescribit. — PIDERITI formula parum ab hac compositione discrepat — et Ph. Polonica recentia Vegetabilia sumi praescribit et quantitates designatas cum Spirit. Vini rect. Libr. octo et suff. Aquae quantitate infundi, tunc destillatione elici Libras duodeviginti.

AQUA VULVARIAE v. Aqua Atriplicis foetidae (p. 48.).

AQUA ZEDOARIAE ANISATA.  
Anischtiges Zittwer-Wasser. Eau de Zedoaire anisée.

Rec. Rad. Zedoariae Unc. sex, Seminis Anisi Unc. tres, Cort. Citri Unc. unam. Incisa infunde per triduum in Vini generosi Libris decem; postea destillentur ad Dimidiis.

AQUA ZEDOARIAE SIMPLEX seu CUM VINO. Cinfades Zittwer-Wasser mit Wein. Eau de Zedoaire avec du Vin.

Rec. Rad. Zedoariae Unc. octo, Vini generosi Libras octo. Destillentur ad Dimidiis.

Per multae praeterae sunt Aquae simplices ac compositae. Illae, maximam partem ex vegetabilibus inodori constantes, vix ab aqua pura destillata diversae sunt, inter eas multae, quas quidem recepimus, quoniam in Pharmacopeis recentioribus adhuc locum habent, de quibus tamen nihil memoravimus; hae (compositae) saepius ejusmodi farraginem ineptissimum, partim fastidiosissimum specierum ingredientium continent, ut nunquam eas reapse esse adhibitas probable sit, unde eas silentio praeterendas putabamus. Ceterum conf. de ejusmodi praeceptionibus, SCHROEDERI, JUXGENII, MANGETI, BAUMEI, LEMERYI et alia opera vetustiora. — Non minus formulas quasdam novissimis temporibus hinc inde propostas, quae autem assensum non obtinueru, non recipimus. — Aquae simplices autem ex vegetabilibus odoratis, quae in nostro indice forte non inveniuntur, desiderante medico facile secundum analogiam uti proximae affines parari possunt.

AQUILA ALBA seu mitigata v. Calomel.

ARCANUM ALBUM v. Pulvis Viennensis albus.

ARCANUM ALUMINIS BATEANUM. — Nihil aliud est nisi Alumen ignis ope partim decompositum. — Disp. Viennense Aluminis Unc. duas et Salis decrepitati Unc. sex modice calcinari, tunc in aqua solvi et iterum ad siccitatem insipissari praescribit.

ARCANUM ANTIEPILEPTICUM RAJOLI. Rajolo's Geheimmittel gegen Epilepsie. — Sec. FEUERSTEIN Pulvis est ex Rad. Valer. silv. Drachm. semis, Magnes. alb. et Salis Ammoniaci 2 Gran. tribus et Ol. Cajepuii Gutti duabus. — CNORRIUS ex Pulv. Rad. Valerian. Drachm. una, Fol. Aurant. Scrupul. uno

Sal. Ammon. Granis duobus et Ol. Cajepuii Gutti quatuor constare contendit.

ARCANUM ARCHIDIETI, Linimentum Calcariae sulphuratae. Archidet's Geheimmittel. Arcane d'Archidetus.

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei Unc. semis, Ol. Juniperi Drachmas duas, Ol. animalis Dippelii Guttas decem. Misce. — Contra arthritidem commendatur.

ARCANUM BECHICUM WILLISHI, Syrupus bechicus, Sulphuris seu Hepatis Sulphuris, Syrupus Kali sulphuratus seu Sulphureti Potassae. Willish's geheimes Brühsmittel, Schwefelbeber-Syrup. Arcane Bechique de WILLIS, Syrop de Sulphure de Potasse.

Rec. Hepatis Sulphuris Kalini Unc. semis, Aquae Hyssopi seu Foeniculi Unc. sex, Sacchari albi Unc. quindecim. Misce et solve leni calore.

ARCANUM CORALLINUM = Mercurius precipitatus ruber.

ARCANUM LUDEMANNI = Nihilum album (I. p. 188.) et Flores Zinci.

ARCANUM COSMETICUM BATEANUM. Schönheits-Arcanum. Arcane cosmetique.

Rec. Talci Veneti Drachm. unam, Olei Camphorae Drachm. duas. Digere in balneo Mariae et misce.

## ARCANUM DUPLICATUM. Doppelsalz. Sel de duobus.

Synon.: Arcanum Holsteinense seu Holstematicum, Sal de duobus, Panacea duplicita seu Holsatica, Tartarus vitriolatus TECHENII, Alcali vegetable vitriolatum seu sulphuricum, Nitrum vitriolatum, Vitriolicum potassianum, Potassium vitriolicum seu sulphuricum, Sal polychrestum GLASERI, LEMERYI, BOERHAVII seu Parisiense, Spiritus Vitrioli coagulatus MYSICHTI, Nitrum fixum SCHROEDERI, Sal enixum seu Specieum PARACELSI, Kali sulphuricum seu vitriolatum, Sulphas kalicus, Kali, Potassae seu Lixiviae, Lixivia sulphurica, Lixivia vitriolica, Potassa sulphurica seu vitriolata, Proto-Sulphas Potassae seu Prototoxydii Potassii. Duplicatsalz, Holsteinische Panacee, Vitriolirter Weinstein, Vitriolirte Potaſche, vitriol- oder schwefelgefäurtes Gewächslaugensalz, Potaſchenvitriol, schwefelgefäurtes Kali, einfach oder neutrales Kaliſulphat, Glaser's u. s. w. Polyhrestsalz. Arcane ou Panacee de Holstein ou holsatique, Nitre fixe de SCHROEDER, Sel polychrest de GLASER et., Sel de la Sageſſe, Sulphate de Potasse ou de Protoxyde de Potassium, Protosulphate de Potasse, Tартre vitriolé, Vitriol de Potasse et.

Vix unquam hoc sal miscendo Acidum sulphuricum cum Cincribus clavellatis paratur. Semper

100 ARCANUM JOVIALE — ARGENTUM NITRIC. CRYSTALLIS.

sere tanquam parergon parando Acidum Nitri, Magnesiam albam, Cineres clavellatos depuratos cet. obtinetur. Sal impurum solvitur in aqua fervida, solutio, prout necessitas requirit, vel Acido sulphurico vel Cineribus clavellatis aut Calce saturatur, liquor filtratus evaporatione et refrigeratione in crystallos redigendus, quae iterata solutione et crystallisatione depurandae. Vel Sal emale, ut prostat, investigatur sollicite (v. infra), si non purum, tunc solvendo in sextuplo Aquae bullientis, addendo pauxillo Liquoris Cineris clavellati, ut praecipitentur partes terreae metallicaequae, filtrando et crystallisando depuratur. — Prismata exhibet recte rhombica, inaequaliter hexagonalia, cet. Crystalli, plerumque parvae et irregulares, saepius in crustis cohaerent, albae, pellucidae, modice durae, sapore salso et amariuscuso, aëre immutabiles, ignis vim sustinentes. — *Part. const.*: Kali et Acid. sulphuric. aa paria p. Mixt. — Temperatura ordinaria decem, temperatura autem 80° R. quatuor aquae partes ad solutionem requirit; in spiritu vini haud solubile. — *Vis*: incidens, resolvens, refrigerans, laxans.

Sit Sal purum decolor, ut supra bonae notae descriptum, fixum, penitus soluto in aqua, solutio neutra neque addito liquore argenti sulphurici, neque cineris clavellati depurati turbetur, vel liquore kali borussici aut aqua hepatica coloretur.

*Usus*: Praecipue in pulvere et pilulis, in solutione raro. Cave commisceas cum sale essentiali tartari vel salibus cum acido sulphurico praecipitatum praebentibus.

ARCANUM JOVIALE. — Paratur digerendo

Amalgama ex pari Stanni et Mercurii pondere in Aqua Forti, destillando miscellam ad siccitatem usque et edulcorando Massam residuum accensione crebra Spiritus Vini.

ARCANUM NITRI seu Tartari v. Terra foliata Tartari.

ARCANUM TARTARI de SPINA idem est atque Arcanum duplicitum.

ARCANUM TARTARI DULCE. Verfüster Essig-Weinstein. — Solutio est Terrae foliatae Tartari in duabus vel tribus Spiritus Vini Partibus.

ARCANUM FEBRIFUGUM RIGATELLI. — Salicinum impurum esse videtur.

ARCANUM VITRIOLI MYSIGHTI. — Nihil aliud est, nisi Ferrum sulphuricum oxydatum acidum, per plurimas ambages supervacaneas, mysteriis plenas et ineptas obtentum.

Alia Arcana, olim subinde usitata, quasi preceptiones alchemicas passim exhibentes, pratercamus.

† ARGENTUM AMMONIATO-NITRICUM, Nitratas Argenti ammoniacalis. Salpeterjaures Silberoxyd-Ammoniaf. Nitrate d'Argent ammoniacale. — Obtinetur solvendo Argentum nitricum in Aquae destillatae quadruplo et addito Spiritu Salis Ammoniaci caustico, donec praecipitatum primum ortum penitus resolutum sit. Liquor clarus loco umbroso asservandus. — Tanquam reagens inservit in Arsenicum album, ad definiendum Acidi Borussici quantitatem in Aqua Amygdalarum amararum (p. 42.), Cerasorum nigrorum (p. 55.) et Lauro-Cerasi (p. 72.), et Acidi hydrothionici quantitatem in Aquis hepaticis.

† ARGENTUM NITRICUM CRYSTALLISATUM, Nitratas Argenti crystallisatus, Vitriolum Lunae Boerhaavii, Hydragogum Boylei, Crystalli Argenti seu Lunae. Krystallisates salpetersaures Silberoxyd, Silbersalpeter. Nitrate d'Argent. (De reliquis Synonymis conf. Lapis infernalis.)

Rec. Argenti puri quantum vis. Solve in Acidi Nitri sufficiente quantitate, adhibito leni calore, filtra et evapora liquorem decolorem, donec in frigore in crystallos concrescat, quae loco obscuro siccandae et in vase opaco asservandae. Parari etiam potest, solvendo Lapidem infernalem Cupro nitrico non inquinatum, filtrando et evaporando liquorem aqueum ad crystallandum. — Tabulas exhibit decolores, hyalinæ, recte rhombicas et inaequaliter hexagonales, sapore taediosissimo, amaro-metallico, aëre immutabiles, luce nigricantes, faciles soluti in aqua, soluta etiam in spiritu vini. — *Vis*: caustica, antispastica, hydragogica, vermifuga, facile toxica. (De ceteris proprietatibus et puritatis investigatione conf.

Lapis infernalis.) — *Usus*: Interne cautissime adhibetur, in exigua dosi, aqua solutum, vel in pilulis. Inservit praeterea tanquam reagens praestantissimum in chlorum, acidum salis et ejus combinationes.

### ARGENTUM NITRICUM FUSUM v. Lapis infernalis.

ARGENTUM POTABILE seu LUNA POTABILIS VETERUM. — Plerumque nihil aliud est nisi Solutio Cupri, passim ammoniacalis, in Aceto vel Acido Salis, ex Argento Cuprum continente obtenta. — In epilepsia praecipue laudabatur.

ARGENTUM SULPHURICUM seu vitriolatum, Sulphas Argenti seu argenticus, Luna vitriolata, Vitriolum Argenti. Schweißsaures Silberoxyd, Silvervitriol. *Sulphate d'Argent*, *Vitriol d'Argent ou lunaire*.

Rec. Argenti nitrici Drachm. unam. Solve in Aquae destillatae Unc. semis, tunc admisce solutionem concentratam Salis mirabilis GLAUBERI, quam diu praeципitatum enascitur, quod aqua frigida ablutum et siccatum loco obscuro asservandum. Parari etiam potest solvendo Argentum in Oleo Vitrioli calefacto, diluendo solutionem saturatam cum Aqua et crystallisando. — Pulvis crystallinus albus, nitens, vel crystalli minutae aciculares, luce facile nigrescentes, sapore nauseoso-metallico; difficile solutu in aqua. (In ceteris proprietatibus cum argento nitrico partim congruit.) Pariter pro reagente inservit.

ARGILLA v. Alumina (p. 34.) et Bolus (I. p. 21.).

ARICINUM v. Chininum.

AROMATICUM CARYOPHYLLATUM MESUE.

Rec. Caryophyllorum Drachm. septem, Macid., Rad. Zedoariae, Galangae minor., Ligni Santalini citrini, Trochise. diarrhodon, Cinnamomi, Ligni Aloës, Spicae Indic., Piper. longi, Cardamomi  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Flor. Rosarum odoratiss. Unc. semis, Galliae moschatae verae, Rad. Liquirit.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Foly vel ejus loco Cassiae ligneae verae, Cubebaram  $\frac{1}{2}$  Scrupulos duos, Ambrae Drachm. unam, Moschi Scrup. semis, Sacchar. opt. q.s. ut fiat confectio.

AROMATICUM ROSATUM sec. GABRIELEM.

Rec. Flor. Rosar. rubr. Drachm. quindecim, Rad. Liquirit. mund. Drachm. septem, Ligni Aloës, Santali citrini  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Cinnamomi Drachm. quinque, Macid., Caryophyllorum  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas semis, Gummi Arabici et Tragacanthae  $\frac{1}{2}$  Scrup. duos, Nuc. Moschata, Cardamom. min., Rad. Galangae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Spic. Nardi Indic., Ambrae griseae  $\frac{1}{2}$  Scrup. duos, Moschi Scrup. unum, Sacchar. quant. sat. Sacchari loco etiam Syrupus rotatus seu Citri sumitur, et in electuarium re digitur.

AROPH PARACELSI v. Sal Ammoniacum maritiatum et Tinctura Martis aperitiva.

ARRHENICUM = Arsenicum vel potius Aurora pigmentum.

T ARSENIAS AMMONIAE, Ammonium seu Ammoniacum arsenicum. Mr-

seniffares Ammoniat. Arseniate d'Ammoniaque. — Obtinetur instillando in solutionem concentratam Acidi arsenicici Spiritum Salis Ammoniaci causticum, donec praecipitatum enascitur, solvendo praecipitatum caloris ope et refrigerando solutionem. — Crystallos exhibit insignes, oblique rhombicas cet. decolores; aere fatiscentes — Venenum gravissimum (v. et Acidum arsenicum p. 15.).

ARSENIAS KALI seu Potassae v. Kali arsenicum.

ARSENIAS ET ARSENIAS NATRI seu Soda v. Natrum arsenicum et Liquor.

ARSENIAS KALI seu Potassae liquoris v. Liquor arsenicalis FOWLERI, Solutio arsenicalis cet.

$\dagger$  ARSENICUM ALBUM DEPURATUM seu sublimatum. — Obtinetur iterata sublimatione Arsenici albi in crucibulo altero alteri superposito, vitetur, quantum ejus fieri potest, vapores maxime nocivi. Si autem per se jam purum, massam vitream vel porcellaneam compactam exhibens (v. I. 9.), haec operatio superflua. De synonymis, proprietatibus, *Vi et Usu conf. locum citatum*.

ARSENICUM ANTIMONIALE v. Causticum arsenicale.

ARSENICUM CLORATUM v. Butyrum Arsenici.

ARSENICUM FIXUM = Acidum arsenicum (p. 15.) et Sal medium arsenicale.

$\dagger$  ARSENICUM IODATUM seu ioduretum Arsenici. *IodatArsenik. Iodure d'Arse-*nic. — Obtinetur miscendo Arsenici seu Cobalti cryst. (I. p. 38.) Part unam et Iodi Part. quinque, et sublimando miscellam. — Externe cautissime in unguento adhibetur.

ASA FOETIDA PRAEPARATA seu Gummi Asae foetidae depuratum sive purificatum. — Pari modo atque Ammoniacum praeparatum (p. 34.) paratur.

ASELLI PRAEPARATI v. Millepedes.

ASPARAGIUM seu Asparaginum, Althaicum. Asparagin, Althäum. Asparagine, Asparagine, Agédoile.

Rec. Rad. Althaeae cont. Libr. duas. Macera cum Aquae frigidae quadruplo per 24 horas, colla et macera residuum denuo cum Quadruplo Aquae frigidae. Colatura clarae commisce et evapora in balneo Mariae ad Syrupi consistentiam, sepone per 4—8 dies, ut Asparagium seceratur, quod Aqua frigida ablutum et in sufficiente Aquae calidae quantitate solutum iterata crystallisatione depurandum. (Parari etiam potest ex Turionibus Asparagi, qui per aliquot dies, linteo humectato obvoluti, seponantur, donec mollescere et odorem integrum spargere incipiunt; tunc, addito pauxillo Aquae, exprimantur, quo facto succus calefit, ut albumen coaguletur, quod una cum chlorophyllo filtri ope separandum. Ex succo autem depurato pari modo ac supra descriptum evaporatione et crystallisatione Asparagium obtinetur.) — Crystallos exhibit decolores limpidas, recte rhombicas, inaequaliter hexagonales

vel rhomboeo-octaedricas, p. spec. 1,519, inodoras, sapore subnauseoso-satuo, refrigerante. In manducando inter dentes stridentes, aere immutabiles, sine alteratione non volatiles; modice solubiles in aqua et in spiritu vini aquoso, insolubiles in alchole absoluto, aethere et oleis. Solutiones neutrales temperatura ordinaria reagentium ope non alterantur. — Part. const.: Carbonei 8, Hydrogenii 16, Oxygenii 6 et Azoti 4 p. Mixt. Crystalli praeterea 2 Aquae p. Mixt. continent. — Calore Asparagum facile immutatur, per se calefactum multum Ammoniaci exhibit. Acida fortiora et bases fortiores, Aqua adjuvante, calore in Acidum asparagicum et Ammoniacum decomponunt, et Ammoniacum asparagicum et Asparagum, que omnino aequaliter composita sunt, corpora sunt isomericæ! Vis: ? Usus: Per se nondum tanquam medicamentum adhibetur, medicorum autem attentione dignum.

ATHANASIA MAGNA NICOLAI v. Electuarium.  
ATRAMENTUM COERULEUM. Blaue Tinte.  
*Encre bleue.*

Rec. Indigo Quatimalo, Cineris clavellati depurati, Auripigmenti  $\text{æ}$  Drachm. duas, Calcis vivæ Unc. semis, Aquæ puræ Libr. unam. Coque ad solutionem usque et adde Gummi Senegal Unc. semis.

ATRAMENTUM FLAVUM. Gelbe Tinte.  
*Encre jaune.* — Decoctum Datiscae cannabinæ concentratum, addito pauxillo Kali, præbet.

ATRAMENTUM INDELEBILE. Unaßlöschliche Tinte. *Encre indelébile.*

Rec. Ciner. clavellatorum purorum Drachm. viginti. Solve in Aqua bulliente, et adde Ramenti Corii Drachm. decem, Flor. Sulphuris Drachm. quinque. Coque in vase ferreo fuso ad siccitatem usque, calefac residuum, donec mollescere incipiat, cavens, ne flamman concipiat; tunc admisce sensim sufficientem Aquæ quantitatem, ad solutionem; cola et serva liquorem nigrum in vase bene obturato.

ATRAMENTUM INDICUM SICCUM seu Chinense sive Siniticum. Tusch, Chinesische Tinte. *Encre de la Chine.*

Rec. Fuliginis levissimi, ex Oleo quadam pingui comburendo obtenti, quantum vis. Fiat cum solutione Gelatinæ animalis (Leimwasser) l. a. pasta, ex qua formentur bacilli tetragoni characteribus chinensis signati, quae lenissimo calore siccantur. Odoris causa admisceri possunt Moschi et Ambrae Partes subtilissimæ.

ATRAMENTUM AD SIGNANDUM LINTEUM. Tinte zum Markiren der Zeuge. Matière à marquer le Linge.

Rec. Vitrioli viridis Part. duas, Alumin. Part. unam, Aq. Part. decem. Misce et solve, solutioni adde Extr. Saturni ad perfectam præcipitationem et evapora liquorem clarum a præcipitate separatum lenissimo calore ad gelatinæ consistentiam, qua Linetum signatur. — Alia formula: Rec. Mangani sulphurici Part. centum octoginta, Vitrioli Martis, Gummi Arabic.  $\text{æ}$  Part. centum, Aquæ Part. quadrages. Solve.

In usu linteum cum solutione Kali seu Natr. carbonic. humectatur. — Alia formula: Rec. Argent. nitric cryst. Part. octo, Gummi Arabic. Part. duodecim, Indigo Part. quatuor, Aquæ destill. Part. triginta duas. Solve. In usu linteum cum solutione Natr. carbon. Part. sexaginta quatuor in Aq. destill. Part. centum viginti quinque humectatur.

ATRAMENTUM NIGRUM. Schwarze Tinte.  
*Encre noire.*

Rec. Gallar. nigr. opt. cont. Libr. tres semis, Spirit. Vini rectificatis; Libr. quatuor. Digere per octo dies, cola cum expressione, et affunde residuo Aceti crudi Libr. decem, digere iterum per aliquot dies, cola cum expressione et coque residuum cum sufficiente Aquæ quantitate, ut fiant colaturaæ Librae quadraginta; cunctis extractis commixtis, solve Vitrioli Martis Unc. viginti et Gummi Arabicci Unc. sedecim.

ATRAMENTUM RUBRUM seu Rubramen- tum. Rothe Tinte. *Encre rouge.*

Rec. Lign. Fernambuci opt. Unc. sex, Aluminis crudi Unc. duas, Cremor. Tartari Unc. unam, Aceti crudi, Aquæ fontanae  $\text{æ}$  Libr. duas semis. Coque ad remanentiam Libr. duarum semis. In colatura solve et adde Gummi Arabicci Unc. duas, Sacchari Unc. unam semis, Solutionis Stanni cone. Drachm. sex. — Alia formula: Rec. Lign. Fernambuc. Unc. triginta duas, Aceti Vini Unc. centum et viginti octo. Infunde per tres dies, tunc coque per horam; filtra et adde Gummi Arabicci, Aluminis, Sacchari  $\text{æ}$  Unc. tres. — Atramentum rubrum cum Carmino obtinetur, solvendo Carminum in sufficiente Spirit. Salis Ammoniaci caustici quantitate, filtrando, addendo filtrato s. q. Gummi Arabicci et evaporando in aere libero, donec Ammoniacum dissipatum sit.

ATRAMENTUM SYMPATHETICUM. Sympathetische Tinte. *Encre de Sympathie.* — Solutione aquosa Cobalti muriatici exhibetur. Scriptura invisibilis adparet colore coeruleo, si leviter calcifi. — Solutio Cobalti nitrici colore fusco-rubro adparet. — Solutio Vitrioli coerulei concentrata scripturam invisibilem exhibet, si exsiccatur; appareat autem colore coeruleo, si vapores ammoniacales ei admoventur. — Solutio diluta Sacchari Saturni scripturam invisibilem exhibet, quæ admoto Aëro hepatico colore nigro appetit. — Litteræ cum solutione diluta Ferri sulphurici oxydati faciae colore nigro apparent, si scriptura Tinctura Galnarum illinitur. — Plura alia praeterea sunt praæcepta ad Atramentum sympatheticum, quæ tamen praeterunda.

ATRAMENTUM VIRIDE. Grüne Tinte. *Encre verte.* — Obtinetur coquendo Viridis Aeris Part. duas et Cremor. Tartari Part. unam, cum Aquæ Partibus octo ad Dimidiis.

† ATROPIUM seu Atropinum. Atros- pit. *Atropine.*

Rec. Radic. Belladonnae rec. siccatae, quantum vis. Extrahe cum Spiritu Vini rectificatissimo in prelo REALIANO; tracta tincturam cum vigesima Radicis adhibitæ

Parte Calcis extinctae, tunc Spiritu Vitrioli et age uti in Aconiti praeparatione (p. 26.) praescriptum est; abstrahit autem vix duos Trientes Spiritus Vini, admisces residuo tertiam Radicis Partem Aquae, destilla porro parvam Spiritus Vini Partem, evapora postremo residuum in patina lata et aperta lenissimo calore (sed, quam fieri potest, celerim), donec duodecima fere Pars Ponderis Radicum adhibitarum fluidi remanserit; refrigerato liquori caute, saepius agitans, admisces liquorem concentratum Cineris clavellati depurati, donec colore sordide griseo-fusco turbari incipiatur (cavens autem, ne liquor alcalium modo reagat), filtra post aliquot horas, et fluido claro iterum admisces Liquorem Cineris clavellati puri concentratum, quamdiu praeципitatum enascitur; post 24 horas separa Atropium impurum filtri ope, cum expressione inter chartam bibulam; exsicca, tene in pulverem et misce cum paullo Aquae frigidae, ut fiat puls, quae exprimitur inter chartam bibulam; residuum pulvrenulum exsicca iterum et solve in quinduplo Pondere Spiritus Vini alcoholisati (p. sp. 0,82), filtra et admisces filtrato sensim in exiguis dosibus Carbonem Lixivii Sanguinis depuratum, saepius conquassans, donec liquor vix flavescentis appareat, filtra, abstrahit partim Spiritum Vini et evapora residuum lenissimo calore; vel commisce solutionem alcoholicam cum Sextuplo Aquae, et seponi liquorem valde lactescensem in locum frigidum obscurum per 12 — 24 horas, ut Atropium in crystallos concrescat, quae sollicite supra chartam bibulam siccandae. (Labor omnis quam brevissimo tempore absolvidus, calor nimius autem, quantum fieri potest, evitandus.) — Crystallos exhibet aciculares, albas, sericeas, fasciculatim aggregatas, Chinino sulphurico sub-similes, vel massam decolorare hyalinam, si purum inodorum, (impurum Atropium autem et flavo-fusco coloratum odore virose Belladonnae) sapore maxime nauseoso-amaro, post gutturali, quasi metallico, in aqua parum, faciliter in spiritu vini soluble, minus in aethere, solutiones alcalium modo colores vegetabilis immutant. — *Part. const.*: Carboniei 3/4, Hydrogenii 46, Oxygenii 6, Azoti 2 p. Mixt. — Facile Atropium de-componitur calore, praecipue Alcalium fixorum ope, etiam Aqua non exclusa Ammoniacum evolvit et materia fusca resinosa amara restat. Aqua ipsa sola illud alterat, si per longum tempus cum eo conjuncta est, crystallisandi facultas perditur; aere admisso ignitus penitus comburitur. — Salia format cum acidis plerunque crystallisabili et facile solubilia in aqua uti et in spiritu vini, sapore Atropii; solutiones aquosas concentratas alcalium ope praecipitatum album Atropii praebent, tinturae iodi ope (uti et Atropii puri solutio) praecipitatum kermetinum, et tinturae gallarum ope magma albidum, floccosum praebent. —

*Vis Atropii* (et Saliū Atropii) summopere narcotica, constrictiōnē oesophagi, exsiccationē oris, dolorem vehementissimum capitis, vertiginem cet. efficit, et vel in parva dosi facile deleteria est; praecipue dilatatiōnē pupillae efficit, etiam externe, si vestigia vix visibilia oculo applicantur. — *Usus*: In substantia, in pulvere vel solutione, aut cum acidis junctum, exigua dosi, summa cum circumspectiōne adhibenda! — Principiū vires Belladonnae concentratissimas ac tutissimas in se conjungens, in medicamentorum copiam introducatur, necesse est.

AUREA ALEXANDRINA NICOLAI ET HADRIANA v. Electuarium.

AURI CROCUS v. Crocus Auri.

AURUM BALSAMICUM v. Balsamicum Auri.

AURUM DIAPHORETICUM Disp. Viennens.

Rec. Fol. Auri Drachm. tres, Regul. Antonii puri Unc. tres; Pulverisentur et misceantur in crucibulo altero alteri superimposito et oblatato, deinde calcinentur cum Salis communis decrepiti Unc. tribus semis, in igne circulatoria tribus vicibus repetendo et semper edulcorando et exsiccando, novo sale decrepitate addito, postremo Spir. Vini rectificatis simus desuper flagret; ignis circulatorius non fortis in calcinatione successive crescat 6 horis, ne beatin regulum. (V. etiam Aurum fulminans.)

AURUM DIVISUM, pulveratum, prae-cipitatum seu purum, Auri Praepa-ratio. Feinhertheiltes, gefälltes, reines oder präparirtes Gold. *Or divisé, précipité, pure.*

Rec. Solutionis Auri concentrati, decuplo Aquae diluti, quantum vis. Instilla sensim solutionem Vitrioli Martis purissimi recenter parati, quamdiu praecipitatum nascitur, quod primum Aqua Forti diluta digerendum, postea Aqua destillata optime edulcorandum et in umbra, calore non adhibito, siccandum. — Pulvis fuscus, opacus, pressione Auri colorem et splendorem assumens. — Juxta aliam methodum, Auri foliat. purissimi Part. unam, Mercurii vivi Part. sex in mortario lapideo exactissime triturantur, ut fiat amalgama; separentur deinde Mercurius Acidi Nitrī ope, calore adhibito; et residuum optime edulcoratum siccatur. (Olim Aurum foliatum cum Aqua Rosarum, in qua gummi erat solutum, terebatur, donec in pulvrem subtilem esset redactum, quod Aqua Rosarum vel cordiali optime abluebatur. Difficillimum autem hoc modo Aurum in pulvrem redactu.)

AURUM PER SACCHARUM DIVISUM sec. FERRARINI. — Obtinetur triturando Auri foliat. Scrupulum unum cum Sacchari albi Drachmis duabus per plures horas ad disparitionem prioris, addendo tunc pauxillo Aquae, ut fiat massa mellis consistenter, que per diem agitanda, postea cum Aquae Unc. duabus mis-cenda, filtranda et residuum Aurum in filtro optime edulcorandum et siccandum.

† AURUM FULMINANS, crepitans seu tonans, diaphoreticum, Aurum ammoni-

niatum, Ammoniuretum Auri seu Auras ammonicus, Auridum Ammoniacae. Knallgold, Gold-Ammoniac oder Ammonur, Goldsaures Ammoniac. Or fulminant, Ammoniure d'Or.

Rec. Solutionis Auri, quantum ejus fieri potest, neutralis, Unc. semis, Aquas destillatae Unc. duas. Misce et instilla sensim Spiritum Salis Ammoniaci causticum, quamdiu precipitatum enascitur, quod Aqua destillata frigida edulcorandum et in parcelas, exiguae divisum cautissime temperatura ordinaria aere, sed in umbra, exsiccandum et solliciter, sed leviter tantum, charta obvolutum, servandum. — Pulvis flavo-fuscus, insolubilis in aqua, acidis et alcalibus dilutis. — Constat ex Auri oxydati et Ammoniaci aequalibus p. Mixt. — Facillime decomponitur! leni calore vel levi jam pressione cum explosione vehementissima detonatur. Unde omni circumspectione asservandum et tractandum. — Vis: diaphoretica, emetica, anodynica, antispasmodica, carminativa? facile nociva. — Usus: In pulvere in exigua dosi, cum Amylo cautissime mixtum; et interne et externe adhibetur.

#### AURUM HORIZONTALE ZWINGERI, Pana- cea KORNMANNI.

Rec. Croci Auri Drachmas duas, Cinnabar. Antim. Unc. semis, Ol. Cinnamomi Gutt. tres. Probe inter se invicem terantur.

†AURUM CYANATUM, hydrocyanicum seu borussicum, Cyanuretum Auri. Evangel gold oder blaues saures Goldoryd. Cyanure d'Or. — Obtinetur praeципitando Solutionem Auri muriatici Kali borussici puri ope, edulcorando et siccando praecipitatum in umbra. — Massa pulverulenta, subflavescens, insolubilis in aqua et acidis dilutis, solubilis autem in spiritu salis ammoniaci caustico, calore colore luteum assumit et facile decomponitur. — Novissimis temporibus in syphili et scrophulis, uti et in phthisi tuberculosa commendatur.

AURUM MOSAICUM seu musivum, Stannum bisulphuratum seu persulphuratum, Bisulphuretum seu Persulphuretum Stanni, Oxydum Stanni cum Sulphure. Musivgold, Masergold, doppelt Schwefelzinn. Or musiv ou sculpte, Or de mosaique, Deuto-Sulphure d'Etain.

Rec. Stanni limati Unc. tres, Mercurii vivi Unc. unam semis. Fiat triturando leni calore amalgama, cui adde Flor. Sulphuris Drachm. quatuordecim, Salis Ammoniaci Unc. unam semis. Misceantur omnia exactissime et immitantur in phialam vitream; calefiant leviter in balneo Arenae tamdiu, donec nebulae albae odore hepatico existere cessaverint, quo facto augetur calor ad incandescientiam obscure rubram usque, minime magis, que temperatura 6 ad 8 horas sustentanda; refrigerato apparatu eximatur caute productum purum, sedulo a reliquis heterogeneis materiis separandum. — Massam squamosam, aureo-splendentem, levissimam, pulverulentam, tacitu pingue et inquinantem exhibet; insipidam, insolubilem in aqua et acidis (excepta aqua regia), solubilem autem calore adjuvante in lixivio caustico. —

Constat ex Sulphuris 2 et Stanni 1 p. Mixt. — Calore fortiore in Sulphur et Stannum sulphuratum decomponitur. — Vis: vermisuga (?) — Inservit praecipue ad inficiendum colore aeneo (Bronchien) et ad frictionem in machinis minuendam, uti et ad obducendum pulvinum seriente tritu in machina electrica.

AURUM MURIATICUM, hydrochloricum seu salitum ACIDUM, Murias Auri, Aurum oxydatum muriaticum seu salitum, Aurum chloratum, Chloretum Auri seu auricum acidum, Sal Auri crystallisatum, Crystalli solares. Salzsauers oder hydrochlorfaures Goldoryd, faures Chlorgold, faures Goldchlorid, Goldkristalle. Or ou Oxyde d'Or muriatique acide, Muriate d'Or, Chlorure d'Or, Sel regalin d'Or, Crystaux d'Or ou aurifères.

Rec. Auri purissimi laminati et disseceti quantum vis. Solve leni calore in Aqua Regis, ex Acido Nitri et Acido Salis puro constante (p. 87), quantum sufficit, evapora leni calore fere ad siccum, solve residuum in Aqua et evapora iterum liquorem clarum ad syrapi spissitudinem, ut in frigore in crystallos coalescat, quae penitus exsiccatae, in vase bene clauso loco umbroso asservandae. — Prismata exhibit tetragona vel octaedra, obtusata, laete lutea, sapore nauseoso, acri-metallico. — Est Aurum chloratum aquosum, cum Acido Salis praevaleente. Aere humido deliquescit, facillime solutu in aqua, in spiritu vini quoque solubile et naphtha, solutionem obscure lutetum exhibens, quae cutem colore obscure purpureo imbuat. Facile decomponitur pluribus metallis, vitriolo martis, solutione mercurii oxydulati, acido oxalic, tintura gallarum, saccharo, gummi etc.; cum solutione stanni muriatici oxydo-oxydulati valde diluto praecepitum purpureum praebet. Calore facile liquefit, acidum salis et aquam amittit, et primo in Aurum chloratum neutrum immutatur, quod calore aucto decomponitur et postremo aurum purum metallium relinquunt. — Vis: diaphoretica, caustica, antisyphilitica. — Usus: In pulvere per se vel cum Amylo tritum minima dosi, et in solutione Aqua diluta, tuendo a corporibus eum decomponentibus. — Sit purum, ut supra bonae notae descriptum, facile et penitus soluble in aqua; ignitum nihil aliud nisi aurum purissimum relinquit.

AURUM MURIATICUM LIQUIDUM v. Solutio.

AURUM MURIATICUM seu hydrochloricum NATRONATUM seu natronato-muriaticum CRYSTALISATUM, Murias seu Hydrochloras auric'o-natricus sive triplex

*Auri et Soda, Aurum chlorato-natronatum, Chloretum seu Chloruretum Auri et Natrii sive Sodii, Aurochloras chloro-natricus, Sal Auri FIGUER. Salzsäures Goldoryd-Natron, sodahaltiges salzsäures Gold, Chlorgold-Natrium, FIGUER'S Goldsalz. Or muriatique avec du Soude, Muriate d'Or et de Soude, Chlorure d'Or et de Sodium,*

*Sel d'Or de FIGUER.*

Rec. Auri purissimi laminati et dissecti Unciam unam. Solve in sufficiente Aquae Regis quantitate; evapora leni calore ad siccum, ut Acidum in excessu avolet, tunc admisces Salis communis decrepitati Drachmas duas, solve omnia in sufficiente Aquae distillatae quantitate, et evapora liquorem clarum leni calore, ut cogatur in crystallos, quae exsiccatae, collectae, in vase vitro loco obscuro asservandae. — Crystallos exhibet rectangulares, vel tabulares aurantiacas, aëre immutabiles, ceterum in capite rei, cum praecedente congruit, calore autem praeter Aurum Sal commune relinquit. — Constat enim ex Auri chlorati 381,976, Salis communis 733,547 et Aquae 449,920, Partibus. — Vis: praecedentis, minus autem caustica. — Usus: Idem; facilius in pulvere, pilulis adhiberi licet, tuendo tamen ab iisdem corporibus eum deponentibus. — Sit Sal, ut supra bona notae descriptum, crystallinum, pulchre flavum, aëre immutabile, facile solutu in aqua; ignitum praeter Aurum purum sextam tantum salis communis partem relinquat.

*AURUM MURIATICUM NATRONATUM seu natronatum inspissatum, Chloretum Auri cum Chloreno Natrii, Sal Auri de Gozzy. Engedichtes salzsäures Goldoryd mit Kochsalz, Gozzr's Goldsalz. Or muriatique avec du Sel commun, Chlorur d'Or avec du Chlorur de Sodium, Sel d'Or de Gozzy. (De ceteris Syn. conf. praecedens.) — Obtinetur admiscendo Solutioni Auri, tres Auri Partes continent, quinque Salis communis Partes et evaporando miscellam leni calore ad siccum. — Massam exhibet luteam, pulverulentam, ex aëre humorem attrahentem. — Miscella est soluta Auri chlorati cum Sale communi in excessu. Ceterum cum praecedente congruit et pari modo adhibetur.*

*AURUM MURIATICUM NATRONATUM PRAEPARATUM sec. BORIES. — Obtinetur miscendo Auri muriatico-natronati crystallisati Granum unum cum Pulv. Rad. Iresos florent., Aquae et Alcoholis ope penitus extracti, Gran. duobus.*

*AURUM OXYDATUM seu Oxydum Auri sive auricum, Crocus seu Calx Auri, Bezoardicum metallicum. Goldoryd, Goldkalf, Goldsafran. Oxyde d'Or.*

Rec. Solutionis Auri, quantum ejus fieri potest, neutralis, quantum vis. Digerere cum Magnesiae ustae paullo in excessu, edulcorare praecipitatum sedulo Aqua pura, donec lotura Acidi Salis ope colorem flavum non amplius assumat; quo facto digere residuum Aqua Forti dilutam, ablue Aqua, et exsicca temperatura ordinaria loco obscuro. — Massa castanea, friabilis, fractura nitente, insipida, insolubilis in acidis dilutis (excepto acido salis et aqua regis), solubilis in alcalibus puris fixis. — Est Aurum oxydatum hydratum. — Leni calore facile aquam amittit, et colorem nigrescentem assumit, quod constat ex Auri 2 et Oxygenii 3 p. Mixt.; — calore aucto aut luci expositum, oxygenium perdit, et metallum purum relinquit. — Vis: antivenerea, diaforetica. — Usus: In pulvere cum Amylo vel Saccharo tritum. — Puritas ex descriptione patet. (Conf. et Crocus Auri seu Solis veterum.)

*AURUM POTABILE v. Tinctura Auri.*

*AURUM POTABILE DE ZAPA. — Est Spiritus Vini rectificatissimus Saccharo temperatus.*

*AURUM PRAECIPITATUM seu pulveratum v. Aurum divisum et Crocus Auri seu Solis veterum.*

*AURUM VITAE Veterum. — Plerumque nihil aliud est nisi Aurum divisum.*

*AVA v. I. 267.*

*AVELLANAE DEPURATAE seu Avellana rum Praeparatio. Præparite Hafelnüsse. Noisettes præparées.*

Avellanæ, ablato cortice exteriori duro, in vase aliquo stannato, furfuribus additis, spatula supra ignem tamdu agitantur, donec calore omnis carum humiditas interna sit absurta, deinde pellicula, qua teguntur, iis detrahitur. Cavendum autem ne adurantur.

*AXUNCIA COMPOSITA, OXYGENATA cet. v. Unguentum.*

*AXUNGIA CURATA, depurata seu præparata v. Adeps.*

*AZOTH HELSINGII. — Nihil aliud est, nisi Mercurius præcipitatus ruber, methodo admodum fusa et vehementer absurdra obtentus, partim Argento et Auro mixtus.*

*AZOTUM seu AZOTICUM v. Gas.*

*BACILLI AD FORNACEM v. Massa ad Fornacem.*

*BACILLI seu BACULI DE LIQUIRITIA ALBI, Liquiritia alba cocta. Pharm. Wirtemb. Weiße Süßholzströckchen. Bâtons de Régisse blancs.*

Rec. Gummi Arabici, Spec. Diaireos simpl., Spec. Diatragacanthæ  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Rad. Liquiritiae, Amyli  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam. Terantur omnia in pollinem subtilissimum, cui addantur Sacchari albi pulv. Libr. due, Mucil. Tragac. q. s. Pinsantur in mortario; fiat massa, ex qua formentur pro lubitu Bacilli.

*BACILLI DE LIQUIRITIA, seu Liquiritia*